BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
G
87
NAPOLI

Lotti Erotianus

XXI. G. 87

120. f. 9

Digitized by Google

EROTIANI GALENI
ET HERODOTI
GLOSSARIA
IN HIPPOCRATEM

EX RECENSIONE HENRICI STEPHANI

GRAECE ET LATINE

ACCESSERVNT

EMENDATIONES HENRICI STEPHANI
BARTHOLOMAEI EVSTACHII
ADRIANI HERINGAE ETC.

RECENSVIT

VARIETATEM LECTIONIS EX MANVSCRI
PTIS CODD. DORVILLII ET MOS
QVENSI ADDIDIT

SVASQVE ANIMADVERSIONES ADIECIT

IO. GE. FRIDER. FRANZIVS.

LIPSIAE
SVMT. IOHANNIS FRIDERICI IVNII
CIƆIƆCCLXXX.

Digitized by Google

VIRO
ILLVSTRI EXPERIENTISSIMO
EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMOQVE

DANIELI GVILIELMO TRILLERO

CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO S. A. ELECTORIS SAXONIAE, PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE DOCTORI, PROFESSORI THERAPIAE PVBLICO ORDINARIO IN ACADEMIA AD ALBIM CELEBRATISSIMA, ASSESSORI FACVLTATIS MEDICAE, INSTITVTI BOLOGNIENSIS SOCIO ETC

SENI ANNORVM, DOCTRINAE
ET MERITORVM COPIA
VENERANDO

PATRONO MAXIMO.

VIR ILLVSTRIS
EXPERIENTISSIME
PATRONE OMNI PIETATIS
CVLTV PROSEQVENDE

Grauiſſimas ſane habeo rationes, cur ad TE vetuſtiſſimum Hippocratis, vetuſtiſſimi medici, interpretem mittere non erubeſcam, ad TE, intimum illum ac veterem Hippocratis amicum, quocum conſenuiſti, quem immortalis nominis gloria et doctrinae omnis, praecipue autem criticae et medicae praeſtantia cum ipſo Hippocrate ſemper perennem, ſemper vene-

randum, ſemperque ſerae poſteritati commendabilem eſſe iubebit. Sed et ipſa modeſtia et pietas a me non exigere, ſed poſtulare, non cogere, ſed impellere me videtur, vt publice obſtrictiſſimi animi ſenſa, quae arctis limitibus contineri ſe non ſinunt, TIBI declarem, quum inter reliqua TVI fauoris ſummi erga me documenta hoc quoque eſſe iuſſeris, vt cuperes precibus meis locum relinquendum eſſe, et mihi TVVM Erotianum mitteres comitante Euſtachio, vt mihi editionem ipſius curanti eſſent ad manus atque ſubſidio. Fateor autem ingenue, me Erotiano TVO, aut potius TIBI quam plurima debere, meque TVA gratia ita affectum atque exhilaratum ſentio, vt, quibus verbis animi deditiſſimi obſeruantiam efferre debeam, ignorem penitus. Itaque accipias velim animo hilari ſerenaque fronte hanc meam qualemcumque gratiarum actionem, omni ornatu ſermonis, verborumque elegantia deſtitutam prorſus, at ex animo probo TIBIque penitus conſecrato profectam. Ignoſcas vero, etiam

atque

atque etiam rogo, meae temeritati, qua TVVM nomen illuſtriſſimum opuſculo huic praeponere atque ipſi gratiam commendationemque hac ratione conciliare ſtuduerim. MAGNI enim TRILLERI nomen omnibus, et mihi erit gratiſſimum ſemper, maximaque veneratione et cultu dignum perpetuo. Vnde ea, quae religio a nobis exigit, expediamus, atque pro ſalute et incolumitate TVA preces fundamus ardentiſſimas ad rerum omnium moderatorem ſummum atque vitae noſtrae rectorem, vt TE, annis et meritorum multifariaeque eruditionis copia grauiſſimum, ſuo amore complectatur, incommoda aetatis ingraueſcentis leuet, vires ferendis tot laboribus difficillimis, tot muneribus grauiſſimis rite obeundis et fungendis, fulciat, et ſaluti incolumitati TVAE omni tempore, omnibuſque modis proſpiciat benigniſſime. Seruet TE Deus T. O. M. Academiae, rei literariae, familiae ſplendidiſſimae, atque proſpere omnia, quaecumque perficis, ſuccedere iubeat. Sit Ordini TVO gratioſo, ſit TIBI, principi

 illius

illius ſingularique ornamento, ſit toti reipublicae literariae gratioſus aeternus omnium rerum arbiter, atque TE multos annos rebus humanis intereſſe ſinat, vt ſemper ex TVAE ampliſſimae eruditionis ambitu fructus capiat vberrimos orbis literatus. Vota ſi quid valent, valent autem plurimum, id tantum humaniſſime peto, vt et me TVO fauore impoſterum complecti haud dedigneris.

TANTI TVI NOMINIS

Scr. Lipſiae
Kal. Iul. A. R. S. CIƆIƆCCLXXX.

cultorem obſeruantiſſimum
Ioh. Georg. Frid. Franzium.

LECTORI

LECTORI
LITERARVM GRAECARVM
ET
REI MEDICAE CVPIDO
S
Iohannes Georgius Fridericus Franzius
Phil. et Med. D.

Gloſſariorum veterum in interpretandis et emendandis veterum auctorum libris, tantam eſſe vtilitatem, tam egregium vſum, vt his ipſis ſaepenumero deprauatiſſimis locis, quae omnem prorſus reſpuere medelam ſunt viſa, medicina ſit facta, vniuerſi norunt, atque remotis omnibus perſpicillis et tubulis, et obeſitatis, et elegantiae cauſa a quibuſdam adhibitis, perſpiciunt, qui ſuam operam huic literarum generi, non ſine dulcedinis fructu et vtilitatis commendatione dicando, verae atque genuinae eruditioni, quae ignoratis literis Latinis Graeciſque manca, barbara atque prorſus nulla eſſet, dicare conſecrareque videntur, potiſſimumque id curant, vt non ſolum ſervetur ſarta tectaque, ſed etiam magis magiſque elaborata, emendata ac perfectior reddita tranſmittatur ad poſteritatem. Quae autem in vniverſum auctoribus Graecis et Latinis ſanandis adhiberi poſſunt, atque adeo debent, praeſidia, iis quoque cum fructu et laude vti debemus in ſcriptis

medicorum ſanandis, quippe quae noſtris etiam admodum laborant temporibus, medicaque manu, tenente critica inſtrumenta, reſecandis naeuis et luxationibus corrigendis apta, indigere videntur. Nam, quamquam medicorum aeque ac criticorum ſtudium etiam in libris veterum medicorum recenſendis, emendandis et illuſtrandis non ſine laude verſatum ſit, tamen largam poſt meſſem, ariſtarum pomorumque in aceruos collectorum copiam, et florum munerumque paruorum collectionem remanſiſſe aliis, res ipſa loquitur. Vnum tantum commemorabimus Hippocratem, medicorum principem, ſtudiis indefeſſis atque eximiis Foeſii, Cornarii, Obſopoei, Lindani, Charterii aliorumque repurgatum atque politum, non tamen ita hucuſque comparatum adaptatumque, vt vbique [a] Ionicae dialecti veſtigia conſpicere liceat, quibus indagandis inueſtigandiſque nouorum editorum ſagacitas ac induſtria deſudari queat. Quid quod hodienum ex Hippocrate multa [b] exulant vocabula, quae tamen fuiſſe olim

a. Si deſideras huius rei exempla, Adr. Heringa in obſſ. critt. tibi ſuppeditabit, p. 48. Hipp. cum cod. Med. collati, ſic p. 759. A. σημεῖον l. σημήїον, ex MS. C. συνειλημμένον l. ξυνειλιγμένον, e MS. συγκάμπτοντα l. ξυγκάμπτοντα, e MS. συμπίπτειν l. ξυμπίπτειν, D. σὺν l. ξύν. Sic L. de aer. loc. et aqu. p. 285. l. 8. γίνεται l. γίγνεται, vt paſſim l. 12. κεῖνται l. κέονται, l. 14. παραῤῥεῖ l. παραῤῥέει, l. 17. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ l. ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ, et ſic etiam lin. 25. reſcribendum. l. 28. προσκεῖνται l. προσκέονται, l. 31. πολὺ l. πουλύ, l. 40. θέρους l. θέρεος, l. 54. δεῖσθαι l. δέεσθαι.

b. Heringa in Obſeruatt. critt. Leouard. ed. 1749. huius defectus hanc eſſe ſcribit cauſam c. 13. p. 104 ſq. Tot vero vocabulorum iactura non vni cauſae adſcribenda eſt. Quum ſcilicet ante multa iam ſecula

olim ibi lecta liquet e Galeno: ſic enim voces ἀλκτὴ, αἱμοκέϱχνα, ἀντέονθεον, ἀγκυϱομήλη, ἀψόϱϱοον, ἀναχελεύεται, Ἄνδϱειος οἶνος, ἴκταϱ, ἴπος, ἀποπαλλήσιος, innumeraque alia ab Hippocrate abſunt, quae tamen teſtibus Erotiano ac Galeno ibidem ſuis exſtitere temporibus. Quare Gloſſaria illa cum vocibus obſoletis ſimul obſoleta facta, atque cum tineis blattiſque luctantia, obliuioni eripere ac poſteritati vindicare decreui, eo praeprimis conſilio, vt lectio ſcriptorum Hippocraticorum facilior ac iucundior, magiſque proficua reddatur omnibus, quibus intereſt Graecorum ſcriptorum ſuauitate atque dulcedinibus animum paſcendo recreandoque exſatiare penitus. Cui quidem conſilio maiori fide atque gaudio dulci ſatiſfaciundum eſſe rati, quum praeprimis illud a Viro Excell. atque Doctiſſimo CAR. CHRIST. KRAVSIO, Patrono ac Praeceptore noſtro aeternum colendo, cui multa in re medica debere nos grati profitemur, quemque quamdiu vita ſpirabit veneratione proſequemur ſumma, et quem in hoc literarum genere doctriniſque medicis verſatiſſimum eſſe omnes norunt, probatum, nobis calcar ſtimuloſque addiderit, vt manus admoueremus

ſecula in deſuetudinem abiiſſent Hippocratis dictiones, diligentes lectores earum explicationes margini adſcribere coeperunt: ita in cod. Mediceo aliiſque MSS. paſſim Galeni, aliorumque interpretationes apparent (Vide varr. lectt. poſt Edd. Foeſii). Sed indocti librarii ſaepe explicationes has in textum receperunt, vera lectione expulſa: atque haec primae iacturae causa. Sic L. de art. p. 819. D. vbi legitur: ἐπὶ τοῦτο γὰρ οἱ γλωττοὶ ῥέπουσι καὶ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος ὀχεέται ἐπὶ τοῦτο. Codex Mediceus in textu exhibet ἔγκειται, in margine ὀχέεται, quum tamen prius nihil niſi poſterioris explicatio ſit.

remus operi taedioſo atque periculi pleno, quo, vt communiſſime in hoc literarum genere fieri ſolet, nos ſaepe pro eo qui Socrates erat, Calliam ſalutauiſſe nobis haud ſumus neſcii. Qua quidem in re ob rerum copiam ac profuſionem, quae feliciſſimum quoque ingenium fatigare ac frangere ſolent, ſi aberrauimus, a lectoribus veniam impetraturos nos eſſe, non ſperamus, ſed confidimus, non exſpectamus, ſed flagitamus ſerio.

Vt autem conſtet, quinam auctores horum fuerint gloſſariorum, et quibus inſtructi ſubſidiis ad eos emendandos, caſtigandos atque recudendos acceſſerimus, arbitramur pauca praefanda eſſe, vt iudicium ferri queat, de ipſius operis praeſtantia ac vtilitate. Igitur primo loco de Erotiano quaedam dicenda ſunt, de quo adeo ipſiuſque nomine inter eruditos viros haud leuis eſt diſſenſio, ſiquidem quamplurimi eum [c] *Erotianum*, quidam [d] *Herotianum*, Hugo Grotius [e] *Erotionem*, Aldus [f] *Erotinonem*, Ioh. Alb. Fabricius [g] *Herodianum* nomi-

c. Sic Henr. Stephanus, Conr. Geſnerus, Barth. Euſtachius, Petrus Lambecius, Ioh. Steph. Bernardus, Adr. Heringa, et alii, qui codices MSS. inſpexerunt, edidere; eoſque Hieron. Mercurialis, Anut. Foeſius, Henr. Meurſius, Euſtachius, Luc. Ant. Iunta, Renat. Charterius, alii ſequuti ſunt. Et Ph. Labbeus ſic Reg. MSS. Par. codd. in Bibl. p. 126. exhibere aſſerit.

d. V. Phil. Labbeum in Bibl. noua MSS. p. 385.

e. V. Thomae Gatakeri Aduerſaria p. 138.

f. Conf. quae p. 490. in variis annotauimus lectionibus n. 7.

g. In Bibl. gr. Vol. IV. L. IV. c. 36. p. 572. Qui gaudet de ſuffragiis eruditorum virorum et comprobatione ſententiae in diſſertatione de Lexicis Graecis prolatae, praeprimis Iſaaci Voſſii in com. ad Catullum p. 91. ſcribentis: *mirum eſt, quod ſcribit Herodianus, qui vulgo dicitur Erotianus*, et auctoris Etymologici

nominant, ita, vt incerti vagantes ignoremus plane, cui ſententiae adſtipulemur; tutiſſimum tamen eſſe arbitramur, ſi vulgatae a quamplurimis receptae lectioni noſtrum addamus calculum, neque praeiudicio critico decepti rariorem eligamus lectionem, eamque praeferamus, quippe quae, quum a paucis ſit adaptata, deprauationis ſuae ſigna prae ſe ferre videtur euidentiſſima. Retinendo igitur nomen Erotiani aſſerimus, eum [h] Grammaticum fuiſſe, atque [i] ſcriptorem vetuſtiſſimum, nequaquam autem [k] medicum; neque audiendus eſt [l] Marſilius Cagnatus, qui falſo titulo

gici M. in *ἄμπωτις* ſic dicentis: Κυρίως *λέγεται ἡ ἀναχώρησις τῆς θαλάσσης ἤγουν ἡ ἀναπινομένη θάλασσα* — — *καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἡ ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησις ὕλης, οὕτως* ἩΡΩΔΙΑΝΟΣ *ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτους.* Verum quum vox *ἄμπωτις* hodienum non exſtet in Erotiano, mutilum hoc opus eſſe coniicit Fabricius, et quidem non iniuria, atque adeo Herodianus Grammaticus, qui pelagus ſcriptorum reliquit teſte Priſciano, facile a librariis cum Erotiano confundi potuit.

h. V. Gottlieb Stollens Anleitung zur medicin. Gelahrheit, c. 1. p. 76. not. r.

i. Hunc titulum ei tribuit Barth. Euſtachius in fronte operis: Erotiani, graeci ſcriptoris vetuſtiſſimi, vocum, quae apud Hippocratem ſunt, collectio, cum annotationibus Barth. Euſtachii, Venetiis apud Luc. Ant. Iuntam, A. 1566. quaternis.

k. Argumentum eſt, quia Ioh. Conr. Barchuſen in diſſ. de origine et progreſſu medicinae eius non meminit, neque alia lexica medicorum. V. Herm. Conringii introd. in hiſt. med. c. 3. §. 8. p. 87.

l. Quem Cognatum nominat Fabricius l. l. Verba Cagnati ex varr. obſſ. L. II. c. 28. p. 573. digna ſunt vtique, vt hic apponantur, ſic enim ſcribit: *Teſtimonium denique Erotiani (parcant quaeſo viri eruditi; nec de noſtra ſententia, niſi prius aequo animo re diligenter aeſtimata, quidquam pronuncient) nullius momenti eſſe cenſendum eſt, quoniam*

tulo et inſcriptione ab impoſtore quodam recentiori Erotiani libellum vulgatum eſſe exiſtimat, eo praeprimis conſilio, vt ipſi propter vetuſtatis opinionem multos eoſque maximos conciliet amicos ac lectores. Nam, etſi tales piae fraudes omnibus paene temporibus ſolennes fuerunt atque frequentes, tamen vix mihi perſuadeo, tunc temporis, quo Erotianus hoc falſo prodierit nomine in publicum, hanc fraudem aciem acutiſſimorum

niam liber ille in temporum definitione nullam auctoritatem habere debet: namque auctori penitus ignoto adſcriptus eſt, quamuis enim multa in eo bona notata ſunt, quamobrem viri docti dignum iudicauerint, qui typis egregiis excuſus, doctiſque adnotationibus illuſtratus in lucem exiret: tamen antiqui alicuius ſcriptoris teſtimonio illius auctoritas hactenus a nullo confirmari valuit: et dignum eſſet admiratione, Galenum vocabula Hippocratis explicaturum, in prooemio ceteros eorumdem interpretes, Bacchium, Herophilum, Dioſcoridem iuniorem memorantem, Erotianum negligere. Neque enim ignoratum ab eo, ſi exſtabat, credibile eſt; praeſertim Andromacho dedicato eius volumine, quae magna erat occaſio, vt in vulgus ederetur, archiatro ſcilicet Andromacho laudis cupido; vt facile quiuis credat ex ſola archiatri appellatione, quam primus vſurpaſſe viſus eſt. Quapropter exiſtimo etiam, quod habetur in ipſa Exegeſi Galeni in voce κάμμορον, nihil conferre ad auctoritatem Erotiani comprobandam, etſi exemplar aliquod ſit, in quo Erotianus legitur, quoniam exemplaria mirum in modum inter ſe differunt, neque in ipſo volumine, quod ſub Erotiani nomine habemus, illud exſtat, quod eo loco Galenus Erotiano tribuit, quamobrem probarem ea magis, in quibus Herophilus legitur, cuius etiam in prooemio meminerat, quam in quibus Erotinon vel Erotinus, ignota nomina ſimiliter, quam Erotianus. Itaque veritus ſum, ne recentior aliquis temporum ignarus falſo titulo et ſimulata dedicatione librum hunc ediderit, vt opinione vetuſtatis auctoritatem ei compararet, quod multis accidiſſe manifeſtiſſimum eſt. Verum hanc ſententiam ficulneis initi argumentis iam vidit Fabricius l. l. liber enim antiquus et doctus eſt, nec quidquam habet, quod illa aetate ſit indignum.

morum oculorum effugiſſe, neque ſtatim ſub cenſuram et examen vocatam, aut catalogo et Bibliothecae, ſi forte quaedam exſtiterit, Pſeudonymorum inſertam fuiſſe, vt nimis creduli lectores et poſteri hebetiores admoneantur, ne nimium fidant. Itaque per nos licet fuiſſe Erotianum, ſuffragantibus omnibus reliquis optimae notae ſcriptoribus, vnico Cagnato excepto, per nos quoque licet fuiſſe Erotianum probum Hippocratis interpretem, quod ipſius libellum fugitiuis tantum oculis inſpicientes fugere poteſt nequaquam.

Quae quum ita ſint, nulla quoque nos dubitare ſinit ratio, quin vixerit reuera Neronis Imperatoris aetate et ante Galeni tempora; eam potiſſimum ob rationem, quia [m] Andromacho Iuniori, Archiatro Neronis, ſuum inſcripſit libellum, et quia ab ipſo Galeno commemoratur; quamquam lectio varia dubitationem aliquam poſſet producere, quae tamen nullam prorſus meretur attentionem, praeſertim quum multo plures codices manu exarati verum nomen exhibeant, atque ineptum propemodum ſit argumenta ex erroribus librariorum euertendae veritatis cauſa colligere ſedulo, et adeo conquirere cum quadam anxietate, defenſionem malae cauſae indicatura certiſſime. Plura [n] de Erotiano, quae vitam eius ac ſcripta concernunt, non ſunt nobis comperta,

m. Vide Praef. Erotiani p. 9. et quae diximus not. c. Th. Bartholinum de medicis poetis et le Clerc hiſtoire de la Medecine p. 598.

n. Forte certiora de Erotiano dici poſſent, ſi ad manus nobis eſſet Carrerii V. Cl. Bibliotheque ancienne et moderne litteraire, nuper Pariſiis Lutetiorum typis exſcripta, quae autem, quod dolemus, nondum ad nos apportata eſt.

ta, quae ad rem noſtram aliquid facere videntur, et de quibus diſputari iamiam poſſet fuſius.

Reſtat tantum, niſi plura ſcripſit Erotianus, eius τῶν παρ᾽ Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγὴ, cuius, quantum quidem nos ſcimus, codices manu exarati exſtant in Bibliotheca [o] Vaticana et Carpenſi, in Bibliotheca regia [p] Pariſina, quem codicem Henr. Stephanus contulit, et in Bibliotheca [q] Ioh. Phil. Doruillii codex Amſtelaedamenſis. Latent forte huc et illuc alii codices, qualis fuiſſe cenſendus eſt is, quem Medicus Auguſtanus, [r] Georg. Hieron. Welſchius in ſubſidium vocauit, aliique complures, de quibus tamen ad nos notitia non peruenit. Certo quoque non poſſumus affirmare, quot Codices in Bibliotheca Vaticana exſtent, tres

o. Vide Phil. Labbei Biblioth. nou. MSS. p. 385. ſub titulo: Herotiani Lexicon vocum Hippocratis per Alphabetum.

p. Vide Labbei l. l. p. 126. vbi itidem Erotiani Lexicon appellatur, in notis Stephani vocatur MS. ſine vllo additamento.

q. Vide Miſcellan. Obſſ. criticas nouas in auctores veteres et recentiores in Belgio collectas et proditas in Annum CIↃIↃCCXLIX. Tom. IX. Amſt. 1749. octonis, de quo ſic ſcribit Doruillius: *Tertio loco exhibentur* Collationes *binae hae* Lexici medici *ab* Erotiano *conſcripti: illa* Gloſſarum Hippocraticarum, *quas* Claud. Galenus *collegit, eas meo rogatu confecit ad codicem meum Medicus apud Amſtelaedamenſes literatiſſimus,* Ioh. Steph. Bernardus, *cui mecum velim eo nomine eruditi gratias promeritas agant. Is codex ſane bene exaratus, continet praeterea quoſdam* Oribaſii *libros graece nondum publica luce donatos. Et in his aliqua profecto vtilitas non defuerit. Sic lectio* codicis πολυςίχȣ βιβλίȣ *in* praefatione Erotiani *longe praeferenda videtur vulgatae* πολυσχίςȣ, *plura hoc genus iam in medium adponere non vacat.* Collatio lexici Erotiani ibi incipit a p. 999 - 1020. lexici Galeni a p. 1020 - 1056. Et Spicilegium ad calcem libri exſtat.

r. De quo infra dicemus.

tres enim tantummodo numerare poſſumus, quorum prior laudatur a Labbeo, poſterior [s] Heluetii cuiuſdam, et tertium denique Barthol. Euſtachius in ſuos tranſtulit vſus.

Pauciſſimae autem ſunt Erotiani, Galeni et Herodoti Gloſſarum editiones, quarum prima ſtudio et opera [t] Henrici Stephani Pariſiis 1564 prodiit cum eius caſtigationibus et Conr. Geſneri emendationibus, ad Stephanum tranſmiſſis, praemiſit vero illas Dictionario medico. [u] Duo circa hanc editionem commemoratione digna nobis viſa ſunt, alterum, Erotianum [x] ex Graeca editione adſcriptas habente Bonauenturae Vulcanii emendationes, quae fuit in [y] Bibliotheca Iſaaci Voſſii, eſſe editum, alterum, editionem a Stephano percuratam, iam anno 1557 catalogis bibliopolarum tamquam impreſſam fuiſſe inſertam, adeoque ſex annis ante eius publicationem, [z] vnde Stephanus eam βιβλίον --- παλαιόκαινον appellat. Latine vero Erotianum ex alio codice Vaticano vertit Bartholo-

maeus

s. Quidam Heluetius ex Bibliotheca Vaticana ſibi commodatum ſurripuit codicem MSS. qui dein ad alios tranſiit.

t. Vide Lundium in comp. Bibl. Gr. p. 62.

u. Cuius titulus eſt: Dictionarium medicum, vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptae ex Hippocrate, Aetio, Aretaeo, Alexandro Tralliano, Galeno, Paulo Aegineta, Oribaſio, Actuario, Rufo Epheſio, Corn. Celſo, cum latina interpretatione, Lexica duo huic Dictionario praefixa ſunt, vnum *Erotiani*, numquam antea editum, alterum *Galeni* multum emendatius quam antea excuſum A. MDLXIIII. Exc. H. Stephanus octonis.

x. Vide Lambecium de Bibl. Vindol. L. VI. p. 154. et Ioh. Alb. Fabric. L. I. p. 570.

y. Vide Fabric. l. c. p. 574.

z. V. Stephani praefationem Dictionario med. praefixam.

maeus Euſtachius, Sanctoſeuerinas, Archiater Ducis Vrbini, et Protomedicus ac Profeſſor anatomiae Romae, medicus immortalis nominis, ſuiſque animaduerſionibus,[a] multis quidem operarum erroribus inquinatis, at tamen [b] doctiſſimis, ditauit atque aliis praeiuit face accenſa, vt eo melius recluſos Erotiani theſauros inuenire potuerint. Omnes tamen mallent, vt Graecam quoque addidiſſet explicationem, nam ex collatione cum aliis exemplaribus intelleximus eam haud raro differre, quae quidem varietas haud dubie ſanando textui quamplurimis fuiſſet proficua in locis. Illa verſio inſerta quoque Graecolatinae editioni operum Hippocratis Geneuae in folio editae cum Hieron. Mercurialis argumentis librorum Hippocratis, et quibuſdam animadverſionibus. Recuſus quoque Erotianus eſt in ſplendida editione Graecolatina Pariſienſi anno 1639 a Renato Charterio curata, et in tredecim volumina in folio diuiſa, illi praeter verſionem adiectae ſunt variae lectiones e Stephano atque perpaucae coniecturae. Hae ſunt editiones, quae hucuſque, quantum ad noſtram peruenit notitiam, exſtitere; promiſit quidem [c] Georgius Hie-

a. Prodiit Venetiis apud Lucam Ant. Iuntam, 1566. quaternis. Vide Mercklini Linden. renouat. p. 115. a. et p. 464. a. cuius hiſtoriam vide in eius praef.

b. Laudat has animaduerſiones Caſp. Barthius Aduerſarr. L. XXXIII. c. 1. et L. LIV. c. 4.

c. Vide Welſchii epiſtolam de ſcriptis ſuis ad calcem epiſtolarum Ioh. Gerh. Voſſii edit. Auguſtanae Vindelicorum et ad calcem Bibliothecae promiſſae ac latentis Almeloueenii, Fabric. l. l. p. 572. Schroeckii memoriam Welſchiam, ſiue hiſtoriam viri celeberrimi, G. H. Welſchii, Aug.

Hieronymus Welſchius nouam editionem Erotiani et Galeni, cum verſione latina, cuius vſum ſigillatim demonſtraturum ſe recepit, et Arabica, ſed morte interceptus promiſſis ſtare non potuit.

De Galeno, altero Gloſſographo, qui magis quam Erotianus innotuit, et de quo plurima colligere poſſemus teſtimonia, multa dicere non attinet, quippe quum eius Gloſſarium ſimul Stephani Erotiano adiectum et omnibus Galeni editionibus ſit adnexum; hoc addimus tantum, Manuſcriptum codicem de eo et in Bibliotheca Moſquenſi adſeruari, de quo Vir celeberrimus CHRISTIANVS FRIDERICVS MATTHAEI, humaniorum litterarum in Academia Moſquenſi Profeſſor meritiſſimus, in Catalogo Manuſcriptorum Bibliothecae patriarchalis Moſquenſis eſt conſulendus. Ἐξήγησις autem Galeni ad Theutram tranſſcripta, [d] a Petro Gillio emendata ad Henr. Stephani manus peruenit, et ſic adiecta eſt Erotiano, cui etiam ſuas animaduerſiones et coniecturas laude digniſ-

 ſimas

Aug. Vind. 1678. quaternis, Philologiae ac medicinae et linguarum orientalium et exoticarum fuiſſe optime gnarum p. 44. ſq. legimus, eumque propterea a Meibomio in Epiſt. de medic. hiſt. ſcribenda πολυγλωττότατον dictum adeo fuiſſe. Capite octauo ſcripta edita ordine chronologico, nono vero inedita et affecta recenſentur, quorum tanta eſt copia, vt annorum Neſtoreorum ſeries et longaevitas Methuſalemica vix iis edendis ſufficere videatur: vnde Struuius in introd. ad rem liter. c. 1. §. 12. p. 14. recte ſcribit: *Multa ſibi propoſuerat Welſchius, quae ipſe, magni licet ingenii, abſoluere numquam poterat. In collectaneis itaque inque promiſſis ſubſiſterat omnis Welſchii conatus.*

d. Vide Fabric. l. l. p. 571. et L. IV. c. 17. Vol. III. p. 328 ſqq. le Clerc hiſtoire de la Medecine p. 753. Pope Blount cenſur. celebrior. auctor. p. 164. Hederici notit. auct. antiqq. p. 558. et Paſchalis Bibl. medic. p. 18. 19. aliosque.

ſimas et vtiliſſimas addidit. Ab hoc tamen Galeni diuerſum MS. Gloſſarium in Hippocratem euoluit [e] Cangius.

Ad Herodoteum Gloſſarium acceſſuri, paulo intricatiorem multiſque tenebrarum inuolucris obductam adgredimur rem. Nonnulli enim hoc [f] Herodoto Lycio medico tribuunt, et eamdem fouiſſe ſententiam [g] Charterius videtur, quippe qui ſequutus Hieronymum Mercurialem ſuo adiunxerat [h] Hippocrati. Alii in aliam tranſierunt ſententiam, at Stephanus, paulo clarius nominans *Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων*, veritati quam proxime accedit, indicans, contineri hoc opuſculo voces Hippocrati vſitatas, et paſſim quoque apud Herodotum obuias. Fabricius [i] ambigit, vtrum illud Lexicon, quod veriſimiliter Mauſſacus [k] habuit pro particula operis Apollonii Grammatici, cuius *ἐξήγησιν Ἡροδότου γλωσσῶν* laudat auctor Etymologici MS. in *σοφιστής* et *κωφός*, ſit habendum. Sane cum Clerico res prorſus in medio relinquenda eſſet, num Herodoto Lycio, aut alii cuipiam hoc lexicon ſit tribuendum, niſi ab [l] Adr. Heringa meliora edocti fuiſſemus; is enim non ſolum doctiſſimos illos viros erraſſe turpiter, qui Herodotum aliquem pro auctore venditent, docuit, ſed etiam Stephani inſcriptionem belle interpretatus eſt: *Quippe*, ait, *Gloſſarium illud Herodoteum vocatur, non quod Herodotum quempiam au-*

ctorem

e. Vide Fabric. l. l. p. 580.

f. Vide le Clerc hiſt. de la med. P. II. L. IV. ſ. 11. c. 2.

g. Vide Fabric. l. l. p. 580.

h. Vide Tom. II. operr. Hipp. p. 140.

i. Vide l. l. p. 580.

k. In diſſert. de Criticis p. 389.

l. Vide eius Obſſ. critt. p. 2.

ctorem agnoſcat, ſed quod explicet vocabula in Herodoti hiſtoriarum libris reperiunda; neque alium in finem Hippocrati praemittitur, niſi quod multae harum Gloſſarum etiam apud Hippocratem reperiantur: nec mirum, quum dialectus Ionica vtrique communis ſit. Ouum reuera ouo non ſimilius, accuratius enim rem perquirenti planum fiet rem ſic ſe habere, noſque metipſi experientia duce cognouimus vera vtique eſſe Heringae aſſerta, immo veriſſima.

Rite diſputatis, quae ad hiſtoriam horum Gloſſariorum ſpectare poterant atque debebant, iam officii noſtri memores rationem reddimus, de ratione, qua verſati ſumus in hac noua quoque editione comparanda adornandaque. Textum Graecum quod concernit Stephani lectionem vbique retinuimus, ſubiunctis lectionibus variis vel ex codice MS. Stephani ſiue Pariſino, vel ex MS. Doruillii a [m] Bernhardo V. Cl. collato, vel ex Euſtachii editione, Charterii et Geneuenſi operum Hippocratis editionibus, et Foeſii oeconomia Hippocratis, in quo opere aureo, vt [n] Heringa dicit, et cum ipſo Hippocrate duraturo, ſaepiſſime ſinguli horum triumuirorum feliciter et vere emendantur. Animaduerſiones Stephani ad [o] calcem horum triumuirorum poſitas ſuiſque quibuſque locis [p] ſuppoſuimus, additis emendationibus Corn. Geſneri, his adiecimus Euſtachii obſeruationes elegantes atque accuratas, quas eo cariores atque pretioſiores acceptioreſque lectoribus

b 3 fore

m. Vide ſupra p. XVI.

n. Vide eius obſſ. critt. p. 2.

o. Obſeruationes in Erotianum leguntur in Dict. med. p. 113-154.

p. Diction. med. p. 179. adiectis.

fore ſperamus, quo rariores noſtris temporibus eſſe ſolent, et nos iubemur publice Viro Illuſtri ac Experientiſſimo DANIELI GVILIELMO TRILLERO gratias agere decentiſſimas, animumque polliceri obſtrictiſſimum, quod ipſi placuerit humaniſſime ex inſtructiſſima ſua bibliotheca hunc non ſolum libellum nobiſcum communicare, ſed etiam nos cogere, excitare atque impellere, vt de noua editione cogitemus; cui conſilio quidem eo libentius morem geſſimus, quo magis nos intelleximus prorſus ſingularis huius propenſi in nos animi praeſtantiam. Deinde Heringae obſeruationes adiecimus, paucaſque de noſtris addidimus, coniecturiſque verum ſenſum, quantum fieri potuit, eruere tentauimus.

Galenus ex eadem Stephani editione aeque cum Stephani [q] emendationibus, Heringae obſeruationibus aeque ac noſtris prodiit. Varias quoque lectiones ab H. Stephano et Bernhardo collectas adiecimus, acceſſerunt vero variae lectiones e Moſquenſi codice, quas Viro Illuſtri IOH. GODOFREDO GRVNERO, Profeſſori artis medicae in Vniuerſitate literaria, quae Ienae floret, meritiſſimo, et in hoc literarum genere egregie verſato, humaniſſime miſerat Cel. MATTHAEI, quique pro ſuo erga nos fauore eas ad nos tranſire iuſſit, vt in vſum noſtrum conuerteremus. Quibus duumuiris clariſſimis grato animo demonſtrando me prorſus ſentio imparem, tamen verbis ſaltem declarare teneor, meque huius tanti beneficii memoriam ex animo nullo non tempore eſſe deleturum ſancte polliceor. Plures autem

q. Quae exſtant in Dict. Hipp. p. 154-178.

tem ex Aldi, Charterii, Iuntae editionibus vtramque etiam paginam faciunt, quibus iunctae ſunt Cornarii emendationes et coniecturae, humaniſſime quoque nobiſcum ab Ill. GRVNERO communicatae, cuius ſaepiſſime fauorem experti laeto praedicamus animo fronteque ſerena declaramus. Neque abeſſe voluimus obſeruationes, quae ad marginem Iuntinae editionis ad Galeni Gloſſarium erant notatae, quum et commode locum propter breuitatem habere poterant, et propter vtilitatem non facile exulare debebant.

Orbum autem Lexicon Herodoteum quum vbique inuenirem, vix a me impetrare potui, illud abſque omni viatico in publicum emittere. Quare meum ſtudium in eo verſatum eſt, vt varias lectiones diuerſas editiones comparando notarem, verum eae ita paucae fuere, vt ipſis non praecipuum, vt reliquis, aſſignandum locum cenſerem, ſed ſtatim ipſis obſeruationibus addendas curarem. Potuiſſemus quidem, ſi lubuiſſet, plures depromere, ſi manifeſta operarum peccata, variarum lectionum numero haberemus; neque omnes notauimus in exemplo Euſtachii et Iuntae, quia ſtatim in oculos incurrunt. Obſeruationes vero addidimus ex [r] Lexico Herodoteo, quod H. Stephani atque eleganti Weſſelingii editionibus ad calcem eſt, quoque firmatur veritas coniecturae Adriani Heringae de ipſa Lexici denominatione. Omnia et Camerarii et H. Stephani con-

r. Cuius titulus hic: Herodoti vocabula Ionica et quaedam loquendi genera, illi cum Homero maxima ex parte communia, nec non alia collecta et latine reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano.

conſulto addidi verba, ne truncata atque amputata prodirent, quam operationem chirurgicam, ſi ſuas meretur optimo laudes iure, tamen in rebus philologicis et criticis omni prorſus deſtituitur laude. Verum quum nihil humani a me alienum eſſe ſentiam, me etiam multoties peccauiſſe ingenue profiteor, atque veniam poſco, praeprimis autem peccatum in ipſo auctorum indice commiſſum non commiſſionis, vt veteres Theologi loqui amant, ſed omiſſionis, celare nequeo, potius meum eſt, damnum illud, quantum fieri poteſt, reſarcire atque reſtitutionem religioſe mihi imperare. Siquidem p. 610. lin. 3. in voce Εὐεστὴ Diogenianus nominatur, de quo in Indice nulla vola, nullum veſtigium reperitur. Itaque hic habes, quae de eo dicere debuiſſemus: *Diogenianus*, ex Heraclia, Grammaticus ſub Adriano Imperatore, ſcripſit Dictionarium per ordinem literarum, multaque alia in arte Grammatica. Fuit ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ φιλόκαλος; *Vir ſtudioſus et elegans*, vt ab Heſychio in Lexici ſui initio vocatur: vbi ait ſe Diogeniani huius exemplo paroemias quoque admiſcere libro ſuo; multumque ſe eius opera fuiſſe adiutum. Diogeniani paroemias ex duobus codicibus MSS. primus diuulgauit Andreas Schottus. Meminere vero eius operis quoque [s] Suidas et [t] Harpocration: quippe vbi dicitur edidiſſe compendio ſcripta collectanea περὶ παροιμιῶν. Alia quoque eiuſdem memorat [u] Suidas. Fuit etiam *Diogenianus*, ſeu *Diogenes* Gram-

s. In voce Διογενιανός.
t. Vide elenchum ſcriptorum ab Harpocratione laudatorum in Bibl. gr. Fabricii Tom. IV. L. IV. c. 36. p. 601.
u. Loco laudato.

Grammaticus Cyzicenus, de quo [x] Voſſius, qui autem nihil ad nos. In Addendis quoque quaſdam addidimus varias lectiones ex Fabricio, quae forte ex [y] exemplo ſuo, in quo paſſim quaedam emendata fuere ab Ioſepho Scaligero, depromtae ſunt; quibus aliae acceſſere emendationes.

Iam redeat oratio, vnde digreſſa eſt: vt lectorum commodis inſeruiamus, indicem duplicem addidimus, alterum auctorum, alterum rerum, breuitate tamen priorem magis commendare quam prolixitate verborumque copia taedium lectoribus creare, ſtomachumque mouere ſtuduimus, poſteriorem autem eo conſilio concinnauimus, vt ſingulae voces eo facilius reperiri poſſint, quum non ſemper exacte ſeruauerint hi triumuiri, ſeruato cetero alphabeti ordine, litterarum ordinem, quod quam ob cauſam factum ſit, declarauit [z] Heringa, et ineptum foret, ſi, quod quidem facillime fieri potuiſſet, in ordinem redegiſſem; ergo Stephanum alioſque ſequutus via tutiſſima me ingreſſum eſſe arbitror.

Multa ac paene innumera addi potuiſſent, at tenuitatis meae exiguique ingenui conſcius, aliorum forte diligentiae, aut ſaltem ſecundis curis ea relinquenda eſſe cenſeo. Neque enim aliquis me propter ea reprehendet aut vocabit in ius, quod hac in parte deliquerim, quis enim hominum in vaſto opere, ſic enim nomino Gloſſas has propter vocum copiam ac varietatem, nihil

x. De hiſtoricis Graecis p. 356.

y. Vide Bibl. gr. p. 574.

z. Conf. eius notam in Erot. p. 26. a. vbi de ordine literarum in Exegeſi vocum Hippocratis diſſeruit copioſius.

praetermittet, quod notandum, emendandumque fuerit? Ceterum haud leue ſolatium afferet mihi hoc, ſi ſentiam atque intelligam hunc meum qualemcumque laborem imperfectum quidem, nec ſatis comtum ac politum, duriſſimiſque ſecundinis, vt vrſorum pulli hinc atque inde involutum, non prorſus ingratum fore Graecarum literarum et ſcriptorum Hippocraticorum cultoribus.

DEDI-

DEDICATIO EVSTACHII.

IVLIO FELTRIO DE RVVERE

CARDINALI AMPLISSIMO

Bartholomaeus Euſtachius felicitatem.

Si quae exſpectari a me maxima poſſunt, Antiſtes optime, nomine tuo illuſtriſſimo digna eſſent: credi facile poſſet, animi etiam mei vires, virtutem ac fortunam tuam vel aequare, vel certe non multo iis inferiores eſſe. Verum quoniam illa, quae hactenus edidi, quaeque quotidie elaboro, multo leuiora ſunt, quam vt eo pertingere poſſint, quo ego contentis neruis curſum dirigo, et intueor: ſatis me praeſtitiſſe putabo, ſi multorum aliorum exemplo, omni cura et ſtudio enitar, vt meae in te obſeruantiae memoria ſemper exſtet: et actiones meae ad eum finem perueniant, qui a propoſito minus aberrat. Sane agellus ingenii mei, qui multos iam annos quieuerat, calore bonitatis tuae iam pridem excitatus, et benignitatis rore perfuſus, ac vomere prudentiae cultus, ſeminum, quae in eum proiecta ſunt, vberiores et praeſtantiores fructus ferre deberet: tamen quia natura non eſt admodum bonus: crebriſque moleſtiarum ventis ac procellis impeditur: et variis fortunae caſibus diu multumque iactatur: idcirco accidit, ne fructus tua amplitudine dignos, laetos, atque vberes, ſed paucos, et vix maturos legere ex eo poſſis: quos tamen tibi qualeſcumque ſint, veluti perpetuum pignus ſummae meae erga te obſeruantiae, hoc ſolo nomine, quod ager tuus eſt, alacri animo offero. Sunt vero hi Onomaſticum in Hippocratem Erotiani ſcriptoris Graeci, et quidem inter veteres non vulgaris: et libellus de Multitudine, hoc autumnali vitae meae tempore, in gratiam diſcipulorum a me editus: quos vel eo con-

conſilio Amplitudini potiſſimum tuae dedico, vt inter tot fructus, quos permulti in auguſta domo tua quotidie edunt, odore et guſtu maxime delectabiles, habeas etiam meos, nec aſpectu forſan iniucundos, nec odore, ni fallor, aut ſapore prorſus inſuaues. Vale.

PRAEFATIO
BARTHOLOMAEI EVSTACHII.

Multi ſane exſtiterunt, qui difficiliores Hippocratis dictiones exponentes, ſublime eius dicendi genus, ab eo, quo alii Graeci vſi ſunt, qui de re medica poſt illum ſcripſerunt, longe diuerſum, omni ſtudio et diligentia illuſtrare conati ſunt. Sed tanta fuit hominum negligentia, ne quid grauius dicam, vt ſolus Galeni libellus, Explanatio linguarum Hippocratis inſcriptus, adhuc in lucem prodierit: lucubrationes ceterorum expoſitorum, quorum maximus eſt numerus, vel interierint, vel certe nondum in apertum relatae cognoſcantur: quam ego iacturam ſaepius cum animo meo conſiderans, et de ea valde ſollicitus, ſedulo inueſtigare cepi, num aliquem ex eis forte fortuna inuenire poſſem. Demum poſt multum diuturnumque laborem reſciui Erotianum, quem ſciebam hoc in genere non inutilem operam nauaſſe, in Vaticana Bibliotheca reperiri. Hac re audita, et diligentius explorata, non ſine maxima animi mei moleſtia certior fio, hunc libellum, nullo relicto exemplo, Heluetium quemdam ſurripuiſſe, eius legendi facultate a Bibliothecae praefectis impetrata. Deterruit me id maximopere, et fortaſſe factum eſſet, vt ab hac cogitatione animum omnino abducerem, niſi me praeter opinionem amicus quidam tum mihi occurrens admonuiſſet, ne ſpem plane abiicerem reperiendi Erotianum: ſcire ſe eum libellum volumini Hippocratis

pocratis adiunctum, quod alii ferme omnes ignorabant, in eadem bibliotheca exſtare. Hac ſpe ductus, ſtudioſe inquiro: tandem inuenio libellum: ſed ne voti compos fiam, totum lacerum, et in pleriſque locis mutilum. Illico vero Conſtantinum Rallum, natione Graecum, eiuſque linguae peritiſſimum, et multae lectionis virum conuenio: ſimulque Viuianum Brunorum, Graecarum literarum apprime ſtudioſum adeo: eoſque in laboris honeſti ſocietatem voco: ipſi vero pro ſumma humanitate, et quia quiſque noſtrum Ampliſſimo Cardinali Vrbini inſeruit, et domi ſuae alitur, mihi facile obtemperarunt. Inſudauimus igitur ſimul omnes, donec effecimus, vt Erotianus, qui tam diu delituit, poſſit a bonarum artium ſtudioſis noſtrae aetatis Graece et Latine legi. Viſum eſt autem nobis, quamvis ſit multipliciter deprauatus, tamen nihil immutare, ſed qualem accepimus, in lucem emittere. Vt vero huius laboris fructus exſtaret vberior, animaduerſiones quaſdam meas adſcripſi, et locos plurimos ex Hippocrate excerptos, partim a librario, vt opinor, male deſcriptos, partim ab Erotiano ipſo, breuitatis ſtudio praetermiſſos; ex quibus percipitur facillime, non modo Erotiani interpretationem cum Hippocratis ſententia conſentire, verum etiam erraſſe nonnullos alios eius interpretes. Nec vero me praeterit, libellum, quem communi ſtudioſorum vtilitati conſulens, nunc edo, minimam eſſe diligentiae meae partem, quam Erotianus in Hippocrate illuſtrando poſuit. Quiſquis enim ipſius praefationem accurate legit, liquido intelligit, id nobis eum vtilitatis in explicatione Hippocratis afferre voluiſſe, quod Euſtathium, dum Homerum expoſuit, praeſtitiſſe nemo non fatetur. Verumtamen ex hoc etiam fragmento, quod nobis reliquum eſt, vtilitatis plurimum capitur: nam, vt multa nunc alia praetermittam, quis obſecro vnquam intellexiſſet, *αἰῶνα* ſpinalem medullam, *ἀριθμὸς* nomina ab Hippocrate dici, niſi eius rei Erotianus nos admonuiſſet? Fruere igitur, tu quidem candide lector, hoc libello: ego vero commentarios propediem

edam

edam valde copioſos: in quos cunctas dictiones Hippocratis, tum paſſim a Galeno, tum frequenter ab aliis bonis auctoribus explicatas ſimul redegi. Ceterum quisnam fuerit Erotianus, et quo tempore vixerit, nihil certi reperire potui: et quod ſciam, ſolus Galenus in Exegeſi, in dictione Κάμμορον, de Erotiano ſimpliciter meminit: ſed lectio eius loci ita varia et ambigua eſt, vt non ſatis conſtet, de quo ipſe loquatur. Quamobrem id a me neceſſario praetermiſſum eſt, quod in editione veterum auctorum, eorumque praeſertim, quorum nulla memoria ad eum diem exſtat, fieri ſolitum eſt. Adiunxi vero huic operi libellum, qui de Multitudine inſcribitur, iamdiu a me compoſitum, vt volumen iuſtam magnitudinem haberet, et amicorum deſiderio, qui eum a me quotidie efflagitabant, aliquando ſatiſfacerem: quem ſi aequo animo leges, pleraque, opinor, in eo inuenies, quae te, non modo propter nouitatem, ſed etiam propter ordinem ab initio vſque ad finem ſeruatum, non mediocriter delectabunt. Illud velim ſcias, quaſdam a me tibi obſeruationes et inuentiones anatomicas paratas eſſe, quas, modo aequum, vt ſpero, te mihi iudicem praebere velis, legiſſe numquam poeniteat. Illas equidem iam pridem aere incidendas mandaui, ſed edere ſuperſedeo; quia nonnullos, iis, quae de Renibus, de Muſculis oſſiculorum auditus, de Dentibus, de Vena azyga et de Capitis motu anno proximo ſuperiore publicaui, vehementer audiui commotos fuiſſe: ideoque operae pretium me facturum eſſe arbitratus ſum, ſi aliquamdiu exſpectarem, donec ipſi ad ſuam ſententiam tuendam, ſi quid volunt, reſcribant: ne nouas ſubinde appendices meis ſcriptis adiungerem. Interea eos, dum haec parant, non oro ſolum, ſed obteſtor, vt quae de memoratis ipſi partibus ſcripſerunt, cum his, quae ego aſſerui, amice conferant: et ſi noſtram reprehenſionem iniuſtam comperiant, tum vero obiurgent, et conuitiis me onerent, et qualibet poena dignum putent: ſin, vt ſpero, rem aliter ſe habere intelligant, publicae obſe-

ero vtilitati conſulant, animumque, veluti ingenuos ac liberos homines decet, ad rationem et veritatem reuocent: et priori ſententia depoſita, non erubeſcant fateri, per quos profecerint: quod quidem eo facilius facere debent; quia ſe multis abhinc annis, nullam ſecandi hominis occaſionem, aut facultatem habuiſſe, et in quibuſdam auctorum ſententiis iudicandis, Galenum Hippocratemque leuiter legiſſe, et a canibus, non ab hominibus renes deſcripſiſſe, denteſque qui renaſcuntur, accurate parum obſeruaſſe: et fetus inuolucra parum conſiderate deſcripſiſſe, ſua ſponte teſtantur. Prima vero libri editione caninis pro humanis, pictura et ſermone expreſſis; in ſecunda grauius errarunt, dum propter Syluii ſolius auctoritatem, qui hoſtili contra illos animo inuehitur, re minus recte perſpecta, farciminalem membranam, animalium ruminantium, et quorundam aliorum propriam, non autem communem etiam hominum, turpiter introduxerunt. Quod ſi ea, quae a me veritatis tuendae potius, quam illos oppugnandi gratia ſcripta ſunt, eodem ſtudio, quo illa quae dixi, et permulta alia, quae nunc praetermitto, expenderint: plurima quoque alia, quae adhuc aſſeruerunt, lectoribus in dubium venient: accidetque, vt veritatis ſtudioſi iacturam fortaſſe potius aliquam faciant, quam e ſuſcepto labore fructum aliquem ferant. Romae Kal. Iul. MDLXIIII.

Animad.

ANIMADVERSIO.

In citandis locis Hippocratis, vtimur codice Germano, tum Graeco, tum Latino: cuius verſionem perpetuo expendere noluimus: ne libri moles augeretur: neue a propoſito ſaepius declinaremus, quod eo ſpectat, vt loca Hippocratis facile inueniri poſſint, quamuis de eorum expoſitione Erotianus, Galenus, et interpretes interdum non conueniant. EVST. In reliquis locis laudatis, editio Foeſii eſt euoluenda.

Compendia ſcribendi, quibus notarum auctores deſignantur.

Ald. Aldus.
CAM. Ioach. Camerarius.
Cod. Moſq. Codex Moſquenſis.
Corn. Ian. Cornarius.
EVST. Euſtachius.
FABR. Fabricius.
GESN. Conr. Geſnerus.
HER. Heringa.
I. Iuntina ſiue Geneu. editio.
MS. Dorv. Manuſcriptum Doruillii.
MS. St. Manuſcriptum Stephani.

I. ERO.

I

EROTIANI
EXPOSITIO
VOCVM HIPPOCRATIS
GRAECE ET LATINE.

Ἐρωτιάνου

Τῶν παρ᾽ [1] Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή.

Τὸ [a] Προοίμιον.

Τὴν Ἱπποκράτους πραγματείαν, [2] ἀρχίατρε [b] [c] Ἀνδρόμαχε, οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένην πᾶσιν ἀνθρώποις ὁρῶν, ὅσοι λογικῆς [d] ἀντιποιοῦνται [e] παιδείας, [3] καὶ τούτων ἐξαιρέτως τοῖς ἰατροῖς, οἳ δὴ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν [f] ἀποκηρύττουσι τῆς τέχνης, φιλοτίμως δὲ καὶ σφόδρα ἐπιπόνως, ἅ, τε οὐκ ἴσασι, μαθεῖν ἐπιθυμοῦσιν, ἃ δὲ καὶ ἤδη μεμαθήκασι, κρίνειν σπουδάζουσι· τὸ μὲν ἀδίδακτον, ὡς ἐνδεὲς, τὸ δὲ ἄκριτον, ὡς ἄπιστον, παραπέμποντες. εἰκότως [4] ἠβουλήθην τὰς ἐμφερομένας αὐτοῦ τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφεῖς, καὶ κατὰ πολὺ τῆς κοινῆς ἀνακεχωρηκυΐας ὁμιλίας ἐξηγήσασθαι λέξεις· αἳ δὴ ἀγνοούμεναι μὲν, ἱκανῶς [5] ἀφηγοῦνται

LECTIONES VARIAE.

[1] Ἱπποκράτους *MS. Doru. conſentit Chart.* [2] ἀρχιϊάτρε *MS. Doru.* [3] καὶ τοῦτ᾽ ἐξαιρέτως, *MS. St.*

a. Hoc prooemium ita eſt deprauatum, vt arduum ſit in multis locis verborum ſenſum elicere. Saepe enim cohaerens oratio ac iuncta non eſt: et voces non ſolum propoſito non quadrant, verum etiam longe ab eo declinant. Curauimus tamen pro viribus nonnulla reſtituere: quaedam alia diſtinguere et illuſtrare: reliqua vero coniectura aſſequi, ant ſaltem adumbrare. KUST. Hoc prooemium neque Graece neque Latine eſt apud Hier. Mercurialem, qui Erotianum Opp. Hippocratis apud Iuntam editis adiunxit.

b. Andromachus Senior primus fuit, qui hoc honoris titulo eſt ornatus, de cuius tituli ſignificatu fuſius diſſerit le Clerc in Hiſtoire de la Medecine, p. 585 - 598. Archiatros Conſtantinopolitanos autem *Actuarios* appellatos fuiſſe eleganter et docte

PROOEMIUM.

Quum viderem, Andromache, medicorum princeps,* tractationem Hippocratis omnibus hominibus, qui inſtitutionem rationalem profitentur, non parum prodeſſe: atque iis praeſertim medicis, qui veterem artis hiſtoriam celebrant: et enixe ac magno cum labore, quae ignorant, addiſcere cupiunt: et quae iam didicerunt, iudicare ſtudent (nimirum, quod edoctum non eſt, tanquam mancum; quod vero non iudicatum, tanquam incertum praetermittentes): iure volui voces, quae in illis commentariis eſſent obſcurae, et multum a communi conſuetudine loquendi alienae, interpretari. Quae non intellectae,

 prom-

[4] *ἡ βυληθῆς Chart.* [5] *pro ἀφηγῦνται reponendum ἀφαιρῦνται cenſet vir doctiſſimus et praecipuum Galliae decus Adr. Turnebus. St.*

* Hoc eſt, qui praeeſt valetudini principis.

cte, vt ſolet, explicauit I. F. Fiſcherus V. Cel. in praef. ad Ἀκτουαρίου περὶ ἐνεργείων καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνευματὸς καὶ τῆς κατ' αὐτὸ διαίτης λογ. β'. Lipſ. 1774. p. VII.

c. Quidam exiſtimant Andromachum hunc Seniorem fuiſſe, quia dicitur ἀρχίατρος, quo titulo Iunior apud nullum ſcriptorem gaudet. Verum huic ſententiae chronologia repugnat, atque de Iuniore accipiendum Erotiani effatum ſuadet. Quam ſententiam egregie tuitus eſt Paul. Cigalinus in Lect. II. de Plinii fide et auctoritate p. CXXIX. praemiſſae edit. Plinii H. N. a nobis curatae, ſimulque obiectiones ſiculneas aduerſariorum penitùs diſcuſſit. Plura de Andromacho dicemus in Auctorum Indice.

d. Bene quidem interpres *profitentur;* mallem tamen latius ſumere hanc vocem, vt ſimul comprehendantur, qui rationali inſtitutioni conſequendae ſtudioſi ſunt: nam ἀντιποιεῖσθαι vt plurimum *niſum in aliquam rem, ſtudium alicuius rei* connotat.

e. Id eſt δογματικὴν, cf. Gorraeus in Defin. medic. ſub hac voce p. 271.

f. Non male interpres *celebrant*, et quidem *publice*, nam ἀποκηρύττειν hoc potiſſimum innuit. Fateor tamen hanc ſignificationem raro occurrere.

γοῦνται τῆς διανοίας τὸ πρὸς ἐπίστασιν ἕτοιμον· [1] ἐξαπλωθεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τηλαυγέστερον ἀχθεῖσαι, πολὺ παρέξονται φῶς πρὸς τὸ [g] εὐκατάληπτον τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως. Καὶ μάλιστα ἐπεὶ πολλοὶ τῶν [2] ἐκ τοῦ ῥάστου πάντα γινώσκειν ἐθελόντων ἰατρῶν, οἱ μὲν οὐδ᾽ ὅλως μετὰ χεῖρας [3] ἔχοντες σπουδάζουσι, τὴν [4] πραγματείαν τινὸς [h] χλεύης ποιοῦντες, οἷς [5] [i] ἐπετήδευσεν Ἱπποκράτης [6] ἀσαφὴς [7] φανῆναι· καὶ διὰ τοῦτο [8] [k] ἀνακεχωρηκυίας εὐπορῆσαι λέξεις σπουδάσαι· καὶ ταῦτα, [l] μακρὰν μὲν τὴν τέχνην, βραχὺν δὲ τὸν βίον οἰόμενος, διὰ τὸ [9] σαφῆ ποιῆσαι τὴν ὁμιλίαν καὶ πᾶσι φανεράν. Δέδοται γὰρ ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως λόγος [10] πρὸς τὸ τὰς κατὰ διάνοιαν γενηθείσας φαντασίας [m] τοῖς πέλας ἐκτυποῦν. Λελήθασι δὲ οἱ ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν [11] μειρακίων φλυαροῦντες, ὡς οὐ μᾶλλον καὶ Ἱπποκράτους [12] ταῦτα, ὅσον τὴν [13] αὐτῶν ἀμαθίαν εἰς ὕπαιθρον ἄγουσιν. Εἰ μὲν γὰρ μόνος ἢ πρῶτος [14] ἐπιπλάττει τὰς φωνάς, ἴσως

[1] ἐξαπλωθῆσαι *MS. Doru. in margine* ἐξαπλωθεῖσαι. [2] ἐκ τῶν ῥάστου *Chart. et paulo poſt* κατὰ χεῖρ. [3] ἔχειν *ſcribi debere putat Turnebus pro* ἔχοντες, *St.* [4] *MS. St.* πρ. τ. χλ. τελωνοῦντες, οἷς ἐπιτ. *Illa lectio parum mihi placet, haec autem etiam minus. Videtur enim hoc velle Erotianus ſignificare; quoſdam medicos ſcripta Hippocratis ludibrio exponere conari, quaſi ille obſcuritatem affectauerit, ideoque vocabula ab vſu communi remota conquiſiuerit. Sed tamen hunc ſequendo ſenſum pro* ποιοῦντες *legendum eſſet* ποιεῖσθαι, *et addenda praepoſitio, vt* διὰ χλεύης ποιεῖσθαι *idem valeret quod* χλευάζειν *St.*

g. Ipſam huius vocis explicationem ſuppeditat Erotianus per *τὸ ἐκ τοῦ ῥάστου γινώσκειν*, quod eodem redit.

h. Idem ac *χλευάζοντες*.

i. Innuit haec vox exactum ſtudium, operam ſummo ſtudio alicui rei impenſam, quam Hippocrates *ἀκρίβειαν* nuncupat. Quidam nimirum accuſarunt Hippocratem ſibi fuiſſe conſilium ita ſuos componere libros, vti auctores epiſtolarum obſcurorum virorum, vt obſcurus videretur, quoniam videlicet con-

promptitudinem mentis ad adipiſcendam cognitionem potenter adimunt: explicatae vero, et clariores effectae, multum afferunt luminis ad facilem conceptus mentis comprehenſionem. Ac praeſertim quoniam multi, qui omnia facillime conſequi volunt, quum ipſum Hippocratem omnino nunquam in manibus habuerint, ſtudent tamen huic tractationi quandam ſubſannationem tribuere: nimirum Hippocratem operam dediſſe, vt obſcurus videretur: atque propterea ſtuduiſſe his vocibus, quae a communi vſu longe diſtant, abundare: praeſertim quum artem quidem longam, vitam vero breuem eſſe opinaretur: vt videlicet loquendi inter ſe conſuetudinem, omnibus hominibus manifeſtam atque perſpicuam faceret. Siquidem datus eſt nobis a natura ſermo, vt eas, quae in mente noſtra cogitationes ortae ſunt, alteri exprimamus. Latuit autem ipſos, qui eiuſmodi de viro inter pueros nugantur: quod quo magis Hippocratis haec eſſe demonſtrant, eo magis inſcitiam ſuam ante oculos omnium ponunt. Si enim primus, vel ſolus has voces finxiſſet, ipſius fortaſſe

[5] *ἐπιτήδευσεν MS. Doru.* [6] *ἀσαφεῖς MS. Doru.* [7] *φανεῖναι MS. Doru.* [8] *ἀποκεχωρυκυΐας Chart.* [9] *Addenda eſt negatiua particula μὴ ante σαφῆ. St.* [10] *πρὸς τὰς κατὰ omiſſo τὸ, MS. Doru. et ſic Chart.* [11] *μειρακείων MS. Doru.* [12] *poſt ταῦτα in quibuſdam codicibus additum eſt ἀποφαίνοντος, fortaſſe pro ἀποφαίνοντες. Quamquam ne ſic quidem legendo bene procedit huius loci ſententia, paulo autem melius procederet legendo, ἀποφαίνονται, et καθ' Ἱπποκράτης. St. Inter ταῦτα ὅσον ſpatium relictum eſt in MS. Doru.* [13] *αὐτῶν ἀμαθείαν MS. Doru.* [14] *ἐπεπλάκει, MS. St.*

conciſo ac laconico dicendi genere ſit vſus.

k. Repete ex paulo ante dictis verba *κατὰ πολὺ τῆς κοινῆς ὁμιλίας*, quae aut exciderunt, aut conſulto omiſſa ſunt.

l. Hic locus Hipp. Aphor. L. I. aph. 1. exſtat, at transpoſitis verbis.

m. Qui nobis propius adſtant, qui nobiſcum verſantur. Interpres non ſatis accurate, *alteri*. H.

ἴσως αὐτοῦ τὸ περίεργον ἐμέμψατο ἄν τις· ἐπεὶ δὲ πάλαι αἱ συνήθειαι ταύτῃ κέχρηνται τῇ περὶ [1] τὴν διάλεκτον φορᾷ, [2] (ἐξ ὧν οἵτε περὶ τὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν καταγινόμενοι ἐμφαίνουσι· καὶ τῶν μὲν φιλοσόφων, Δημόκριτος, τῶν δὲ [3] ἱςορικῶν, Θουκυδίδης καὶ Ἡρόδοτος, καὶ σχεδὸν ὁ σύμπας τῶν ἀρχαίων [n] χορὸς συγγραφέων·) τί δήποτε τὸ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένον [4] συμβεβηκὲν, τοῦτο καθ' Ἱπποκράτους [5] κεκομίκασι [6] μόνως. [7] Δειχθῆσα γὰρ ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐξηγήσει τὸ περὶ τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν τῶν ἀρχαίων ὁμονοοῦν, ἐπεὶ γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιΐαν [8] εὐχερὴς, [9] περιγράψαι καὶ διάνοιαν [10] ἱκανὸς, καὶ τῆς κοινῆς καὶ εἰς πολλοὺς [11] πιπτούσης λέξεως ἐκλέξασθαι τὴν κυριωτέραν· [12] ἣν καθάπερ τινὲς [13] [o] τύποι καὶ [14] σφραγῖδες αἱ τὴν ἑρμηνείαν πεπιςευμέναι [15] τιθέασι λέξεις. Παρὰ ταύτην γέ τοι τὴν αἰτίαν πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων [16] οὐκ ἰατρῶν [17] μόνον, ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν, ἐσπούδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῶος, γραμματικὸς ὤν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς· ὡς δὲ καὶ ὁ [p] [18] Κιττιεὺς

[1] *art.* τὴν *deeſt apud Chart.* [2] *Parentheſi haec non ſunt incluſa ap. Chart.* [3] ἱςοριῶν *MS. Dor.* [4] συμβεβηκὸς *MS. St.* συμβεβηκέναι *Chart.* [5] κενομίκασι *Chart.* [6] μόνον *Chart.* [7] δειχθήσεται *legit Turnebus. St. et ſic quoque Chart.* [8] εὐχερὲς *MS. Doru.* [9] περιγράψαι τὴν διάνοιαν *MS. St.*

n. Hoc vocabulum haud dubie concinnitatis cauſa adhibuit A. propter antecedens *κωμῳδίαν*, nam in comoediis χορὸς, quod neminem, niſi ignariſſimum, fugit, aeque ac tragoediis et ſatyris, peculiariter multitudo ſaltantium et canentium inter actus dicebatur, qui ſpectatorum ſenſus feriret oblectaretque. Et de Democrito philoſophiſque veterum, quorum vitae ratio ſingularis fuit, et de Thucydide, Herodoto aliiſque, qui ſuaui dicendi genere aures lectorum mulſerunt, χορὸς commode dici poteſt.

o. Quam

taſſe curioſitatem quis poſſet iure accuſare; verum, quum antiqui vſi ſint eiuſmodi loquutione, vt demonſtrant nobis ex ſuis dictis, et qui operam dederunt antiquae comoediae, et ex philoſophis Democritus, ex hiſtoricis vero Thucydides, et Herodotus, ac fere omnis antiquorum ſcriptorum chorus: cur obſecro, quod ab omnibus antiquis ſcriptoribus vſurpatum fuit, in Hippocratem ſolum tranſportarunt? In priuata enim explicatione demonſtrabitur, antiquos omnes in huiuſmodi loquendi conſuetudine conſenſiſſe. Quandoquidem fuit hic vir in phraſi Homericus: et in nominibus fingendis promtus: et ad mentis ſenſa explicanda idoneus: atque etiam ad eligendas ex communibus, et popularibus vocibus magis proprias: vt velut typi quidam, et ſigilla, quibus ipſa rei interpretatio credita eſt, dictiones collocarentur. Hac de cauſa multi, iidemque eximii viri, non ſolum medici, ſed etiam grammatici, auctorem hunc interpretari, atque huius voces ad communem vſum loquendi transferre, ſunt conati. Xenocritus enim Cous grammaticus, vt ait Heraclides Tarantinus, primus omnium coepit has voces exponere: quemadmodum etiam Citicus Apollonius hiſtoria prodidit:

[10] *ἰκανῶς MS. D.* [11] *πιπτέσαν MS. D.* [12] *ἵνα pro ἦν et verbo ſequenti τεθῶσι pro τιθέασι, MS. St.* [13] *τύπῳ MS. D.* [14] *σφραγῖδι MS. D.* [15] *τεθᾶσι MS D. forte librarii culpa pro τεθῶσι vt recte monuit Stephanus ſupra.* [16] *ἐχ ἰατρῶν MS. D.* [17] *μόνων MS. Doru. et ſic Chart.* [18] *πιτιεὺς MS. D.*

o. Quam ob cauſam id effatum magnificum Macrob. in Somn. Scip. L. I. c. 6. optime ſic explicat, *Hippocrates, qui tam fallere, quam falli neſcit.*

p. In quodam exemplari ſcribitur Cittieus Apollodorus, quae lectio mihi non placet. KUST. Lectionem quam tuetur Euſtachius ac Stephanus vtique vera eſt, vid. Strabo, Geogr. L. XIV. extr. p. 683. Aurelian. Chron. L. I. c. 4. cf. quoque Ioh. Meurſii Apollonius, ſiue de antiquis eius nominis ſcriptoribus eorumque operibus ſyntagma, ſub voce *Apollonius Citticus.* Exſtat in Apollonii Dyſcoli, Alexandri Grammatici Hiſtoriarum commentitiarum Libro.

τιεὺς [1] Ἀπολλώνιος ἱϛορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ [2] τῆς Ἡροφίλȣ οἰκίας. Μεθ᾽ ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖον [q] Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ, καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν [r] προθεσμίαν, πολλὰς [3] παραθέμενον εἰς τȣ̃το μαρτυρίας ποιητῶν. [4] [s] Ὡι δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονήσαντα [s] Φίλινον [5] ἐξ ἐξαβίβλȣ πραγματείας ἀντειπεῖν, καὶ [6] Παρεπικελεύϛȣ [7] Κρητὸς [8] ἐπιθεμένȣ τὰς Βακχείȣ [9] λέξεις διὰ συντάξεων, Ἀπολλωνίȣ τε τȣ̃ [t] Ὄφεως τȣ̃το ποιήσαντος, καὶ [u] Διοσκορίδȣ τȣ̃ [10] Φωκᾶ πᾶσι τȣ́τοις ἀντειπόντος

[1] Κιττιεὺς Ἀπολλόδωρος *MS. St.* [2] τῆς Ῥοδοφίλȣ οἰκίας *perperam St.* Ἡροδοφείλȣ *MS. D. et Chart.* [3] παραθέμενος *MS. D.* [4] ὡς δὴ *MS. D. et Chart.* [5] ἐξ ἐξ ἀβίβλȣ *MS. D.* [6] Παρεπικελεύσȣ *MS. D. Euſtachius* παρ᾽ Ἐπικελεύϛȣ *legiſſe videtur.* [7] *hic articulum* τȣ̃ *inſerit Chart.* Κριτὴς *MS. D.*

q. Hunc Bacchium cum Bacchio Mileſio Varronis et Columellae L. I. c. 1. confundit Ioh. Harduinus in Indice Auctorum Plinii Opp. Tom. I. praemiſſo p. 55. Vox enim Ταναγραῖον eius ſententiae aduerſatur. Obſeruamus et formam Τανάγραῖος et Ταναγρικὸς in vſu eſſe, vide Varronem de R. R. L. III. c. 11. vbi *galli Tanagrici* nominantur; Ταναγραῖος autem in trito prouerbio: *cetus Tanagraeus*, in prouerbiali figura illa de praegrandi et obeſo corpore, occurrit. Plura de Bacchio in Indice Auctorum.

r. Hoc eſt, propoſitum, conſilium, inſtitutum. Recte Interpr. quod inſtituerat.

s. Κῶος videlicet, qui in Plinianis libris *Phyllinus* perperam ſcribitur, obſeruante Ioh. Hard. in Ind. Auct. p. 64.

t. Hunc Erotiani locum laudat quoque Ioh. Meurſius in ſuo Appollonio ſub hac voce.

u. Quot fuerint medici, Dioſcoridis nomine appellati, qui editis libris artem illuſtrarunt, non eſt facile explicare, quandoquidem Galenus in Prooemio Exegeſis, Anazarbei, Herophilii, et Iunioris meminit; in explicatione vero dictionis Ἰνδικόν, Herophilio dimiſſo, Anazarbei, Alexandrini, & Iunioris mentionem facit; et in quinto de compoſitione medicamentorum per genera, capite 15. quendam alium Tharſeum introducit. Ex quibus locis facile colligi poteſt, aut quinque exſtitiſſe medi-

dit: et Callimachus, qui fuit ex familia Herophili. Poſt quem, dicunt, Bacchium Tanagraeum hoc opus aggreſſum eſſe: atque, quod inſtituerat, tribus libris, multis poetarum teſtimoniis adhibitis, abſoluiſſe; cui Philinus Empiricus, qui eadem aetate fuit, ſex libris eſt aduerſatus, et Epiceleuſtus Cretenſis, qui in epitomen Bacchii dictiones ſecundum ordinem redegit. Idem fecit Apollonius Ophei: et Dioſcorides Phocas his omnibus ſeptem libris contra-

 dixit.

[8] *vocem ἐπιθεμένου omiſit MS. ſed relictum eſt ſpatium, Doru. Verum Turnebus ἐπιτεμομένου reponit pro ἐπιθεμένου. St.* Βακχίου *MS. Doru.* [9] λέξας *MS. Doru.* [10] *Turnebus pro* Φῶκα *ſcribendum iudicauit* Φακᾶ; *cui emendationi adſtipulatur locus in ipſa Expoſ. Vocum ſub* Φωναὶ κατείλλουσαι *St. In edit. Steph. quoque eſt* Δισκροϱίδου *ex errore operarum.* Διοσκορίκου *MS. D.* Διοσκουρίδου *Chart.*

medicos, quibus Dioſcorides nomen fuerit: aut tres, ſi Alexandrinum Herophilium, Tharſeum vero Iuniorem fuiſſe cognominatum aſſerimus: quum Iuniorem, neque Alexandrinum, neque Herophilium eſſe poſſe, ſatis conſtet. Ex his autem tribus Dioſcoridis nomine vocatis, Anazarbeus caeteris antiquior, ab Anazarbo, Ciliciae vrbe, eius patria, dictus fuit: quae, quum Diocaeſarea, et Cyindia prius vocaretur, a terrae motu diruta, ex proprio Zarbae ſeu Anazarbae nomine, qui eam Neruae Imperatoris iuſſu reaedificauit, Anazarbus fuit appellata. Herophilium eundem atque Alexandrinum fuiſſe, vel inde coniici poteſt, quod Herophilus medicus celeberrimus, a cuius ſecta cognomen illum aſſumſiſſe credi poteſt, Alexandriae degiſſe certo ſcimus. Et praeterea ſi ea, quae in Exegeſi, in dictione ἰνδικὸν Galenus ſcribit, attente legantur, vt monui, non temere aſſeritur Dioſcoridem Iuniorem, et Alexandrinum eſſe diuerſos. Quod ſi eiuſmodi coniecturae leviſſimae eſſe videntur, neceſſario dicendum eſt, quinque medicis Dioſcorides nomen fuiſſe. Caeterum ad quodnam genus tractationes horum auctorum pertineant: et quo pacto ex illis internoſci poſſint: maiorem habet difficultatem. Nam, vt taceam, de numero librorum ab Anazarbeo editorum, inter ſcriptores parum conuenire: illud ſane conſtat, praeter

ipſum,

πόντος δι' ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ [1] Κιττιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ [2] τοῦ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος· καὶ [x] Γλαυκίου τοῦ ἐμπειρικοῦ δι' ἑνὸς [3] πολυχίστου πάνυ καὶ κατὰ στοιχεῖον [4] πεποιημένου τοῦτο ἐπιτηδεύσαντος· πρός τε [5] τούτοις Λυσιμάχου τοῦ Κώου καὶ βιβλίον [6] εἰσπονήσαντος πραγματείαν, μετὰ τοῦ τὰ τρία μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν [7] Ἡροφίλειον,

[1] *πιτιέως ſupra ſcriptum eſt κ. in MS. D.* [2] *τοῦ ῥαντίνου MS. D.* [3] *πολυστίχου MS. D. et Chart.*

ipſum, etiam Alexandrinum et Iuniorem de Medicamentorum differentia ac facultate ſcripſiſſe: ſiquidem Galenus in libro, qui a me nuper citatus eſt, de ſignificatione vocis *ἰνδικὸν* differens, oſtendit, Dioſcoridem Anazarbeum de pipere et zinzibere ſcripſiſſe: ac inter vtrumque diſtinctionem aſſignaſſe; et ob id Alexandrini opinione confutata, Iunioris ſententiam aſſenſione ſua comprobat, quem nihilominus in Prooemio eiuſdem libri damnat: vt qui multis conſcriptis voluminibus, formam cuiuſque ſtirpis, herbae, rerum metallicarum, piſcium, et omnium animantium, de quibus frequens apud Hippocratem mentio eſt, exponat: nec pudeat ex libris Nigri, Pamphili, et Dioſcoridis Anazarbei, atque ante hos Crateuae, Theophraſti, et Heraclidae Tarantini, et aliorum, omnia ea deſcribere. Sed poteſt inter illos ea diſtinctio aſſignari: vt Anazarbeo ſola tractatio ſimplicium medicamentorum accepta referatur: Iuniori vero, Onomaſticum, multis voluminibus conſcriptum: in quo tum ſimplicia medicamenta, tum aliae voces Hippocratis explicentur. Is enim, teſte Galeno, in eodem libro in dictione *ἰνδικὸν*, linguas conſcripſit; quamuis in prooemio illius aſſerat, multis voluminibus, non modo dimidiam, ſed ne tertiam quidem, aut quartam verborum Hippocratis partem explanaſſe. Scrupulus tamen ex animo legentium euellendus eſt. Eiuſmodi enim tractationis genere, Iunior ab Alexandrino haud diſtingui poſſe videtur; quum et hunc quoque Hippocratis voces expoſuiſſe, Pauli Aeginetae teſtimonio, non ſit difficile oſtendere: qui libro IV. cap. 23. ſcribit: Dioſcoridem Alexandrinum literis mandaſſe, *τέρμινθας* cutis eſſe excreſcentias, rotundas, nigrouirides, terebinthi fructum referentes. Sed dici poteſt,

Alexan-

dixit. Apollonius Cittieus decem et octo ſcripſit contra tres Tarantini libros ad Bacchium, et Glaucias Empiricus vno, eodemque magno volumine, et literarum ordine ſeruato, idem etiam facere eſt aggreſſus. Lyſimachus praeterea Cous, vnius libri tractatione confecta, tres ad Cydiam Herophili libros conſcripſit: tres etiam ad Demetrium,

[4] *πεποιημένον, MS. D.* [5] *τέτοις ἐπὶ Λυσ. MS. D.* [6] *ἐκπονήσαντος MS. St. ἐσπονήσαντος MS. D.* [7] *Ἡροφωλίον MS. D.*

Alexandrinum commentarios in Hippocratem edidiſſe: Iuniorem vero, Onomaſticum, Linguae nuncupatum. Poſtremo inquiſitione dignum videtur, nunquid Φωκᾶ Phocas, an Φακᾶ Phacas legendum ſit, et nunquid Anazarbeo, an Iuniori, aut Alexandrino hoc cognomen attribui debeat. Sane, quum vtraque lectio, in Exemplaribus Erotiani et Galeni reperiatur, non ſtatim occurrit animo, quae ſit cauſa ambigui; fieri enim poteſt, vt pro Phacas Phocas mendoſe legatur, quia Dioſcorides, vt teſtatur Suidas, a faciei maculis lentes referentibus cognomento Phacas fuit appellatus. Negari etiam non debet, vel plures exſtitiſſe, quibus Dioſcorides Phacas nomen fuerit: vel ex eis, alterum Phacam, alterum Phocam fuiſſe appellatum. Quam coniecturam non eſſe prorſus ſpernendam putarem: ſi ea ad componendas ſcriptorum lites ſatis eſſe poſſet. Neſcio enim etiam, ſi haec ipſa coniectura non abiiciatur, quo pacto inter Galenum, Erotianum, et Suidam, ea de re conuenire poſſit, quum Suidas Anazarbeum, Phacam cognominari ſcribat: ei, vt iudico, plus tribuens, quam res et veritas ipſa concedat: Galenus vero in Prooemio Exegeſis, Herophilium a Iuniori, qui linguas multis voluminibus ſcripſit, hoc cognomine diſtinguat: Erotianus denique ei prorſus aduerſatur, quia in dictione φωναὶ καθειλοῦσαι Dioſcoridis Phacae expoſitionem adducit: et in huius operis praefatione aſſerit, Hippocratis dictiones ſeptem conſcriptis libris eundem explanaſſe et in multis contra Bacchium, atque alios, qui ipſum praeceſſerunt, dixiſſe. Quid autem in hac controverſia aſſerendum ſit, me latet. Galeno tamen, propter ſummam eius auctoritatem in re, opinione tam dubia, ſubſcribo. EUST.

x. De hoc et Epicle paulo inferius nobis dicendi erit oportunitas.

φίλειον, τρία δὲ πρὸς Δημήτριον. Καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων, πᾶσαν [1] ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. Τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις [2] ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. Ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος, περὶ ὧν [3] γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ [y] [4] Ἀριστοπέας οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας [z] Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς. Ὅθεν ἐπεὶ τινὰς τῶν ἀρχαίων οὐκ [a] ἀποδοχῆς, ἀλλὰ μέμψεως ἀξιοῦσι, δι' αὐτὸ τοῦτο μετὰ τοὺς ἥρωας, καὶ αὐτοὶ τετολμήκαμεν περὶ τοῦ ἀνδρὸς συντάξαι. [b] Εὔλογον οὖν ἡγοῦμαι προειπεῖν τοῦτο, ὅτι πολλαὶ τῶν ἐπὶ τὰς γραφὰς ὁρμώντων γεγόνασιν ὑπολήψεις. [5] Εἰ [c] γὰρ ὅσα τινὲς εὗρον, ἐσπούδασαν φιλανθρώπως ἀναγράψαι, ἢ ὅσα εὑρόντες οὐκ ἐφθόνησαν ἐμφανῆ ποιῆσαι, ταῦτά τινες ἕτεροι [6] δείξαντες, [d] τ' ἀμισθοὺς μεταδόσεως ἱκανὴν ἀπηνέγκαντο μαρτυρίαν, ἢ καὶ τὰ μὴ συμφέροντα, ἱστορηθέντα [e] διορθοῦν ἐσπούδασαν· κατηγορικὴν οὐκ ὀλίγοι [7] πεποίηνται συντάξεως ἀφορμήν. Οἷς πάλιν [8] ἀντειπόντες ἕτεροι, σφόδρα πως τὸ Ὁμηρικὸν ἐξεπλήρωσαν.

[9] Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

[f] Ὧν

[1] ἐσπούδασεν *MS. D.* [2] ἐλλογίως *MS. D.* [3] γεγράφουσιν *MS. D.* [4] Ἀριστοβούλος *MS. St.* Ἀριστέας *Euſt.* [5] *Turnebus* ἢ γὰρ *legit, St. eamdem lect. tuetur Chart.*

y. Aliqua exemplaria habent Ariſtopeas, alia Ariſtobulus. EUST. Forte Ἀριστογείτων, qui laudatur a Plin. L. XXVII. ſ. 14.

z. Locum Erotiani de Antigono laudat Ioh. Meurſius in Praef. ad Antigoni Caryſtii Hiſtoriar. memorabilium collectanea; illumque ipſum eſſe cenſet, quem poſtea laudat Erot. in Πρηνιρά, quem locum conſule.

a. Interpres *laudem* vertit. Bene. Praecipue autem eiusmodi laus, qua magnae auctoritatis apud nos aliquem eſſe ſignificamus.

b. Interpres, *rationi conſentaneum.* Melius, *huic commentationi, diſſertationi conſentaneum.* Sic enim voce λογὸς Maximus Tyrius in inſcriptionibus commentationum libri ſui vſus eſt, vt et alii.

c. Cau-

metrium, quem ſequutus Euphorion, dictionem omnem ſex libris interpretari conatus eſt. Ex Grammaticis vero nemo ita eximius viſus eſt, qui hunc virum praeterierit. Ariſtarchus inſuper de omnibus his tractauit, de quibus Ariſtocles et Ariſteas (Ariſtopeas) Rhodii ſcripſerunt. Poſt vero omnes Antigonus, et Didymus, Alexandrini. Quum vero quoſdam veterum, non laude, ſed vituperatione dignos putent: hac de cauſa, poſt heroas nos quoque de viro ſcribere auſi ſumus. Verum haec prius dixiſſe rationi conſentaneum videtur, varias eorum fuiſſe opiniones, qui ſcribere aggreſſi ſunt. Plerique enim quae inuenerunt, perhumaniter literis mandare curauerunt. Nonnulli vero, quum propria inuenta aliis communicare non inuidiſſent, haec ipſa quidam alii edentes, benignitatis ſuae magnum teſtimonium reliquerunt. Alii, quae nobis non vtiliter ſunt tradita, corrigere ſunt conati. Non pauci occaſionem accuſandi alios idem nacti ſunt. Quibus rurſus alii, quum ſint aduerſati, Homericum illud valde comprobarunt. Iliad. XX, v. 250.

Quale verbum dixeris, tale et audies.

Quos

[6] *δίξαντες MS. D.* [7] *πεποιήται MS. D. πεποίηνται τῆς συντ. Chart.* [8] *ἂν εἰπόντες MS. D.* [9] *ὁποῖον MS. D.*

c. Cauſa, quam Erotianus aſſignat, non modo cum priori videtur coincidere, verum etiam cum verbis, quae ſequuntur, non cohaerere; et ideo vel *οὐκ* negatio ſuperflua eſt, vel pro *οὐκ ἐφθόνησαν*, hoc eſt, ***non inuidiſſent***, legendum, *οὐκ ἔφθασαν*, hoc eſt, ***non praeueniſſent;*** vel dicendum eſt, fieri poſſe, vt quae aliquis inuenit, alter edat. EVST.

d. Id eſt, ***ingenuae liberalitatis, ab omni odio, partiumque ſtudio remotae.***

e. Erotianus ipſe per *διατυποῦν* interpretatur, quod eſt, ***ad priſtinam redigere formam.*** Hoc ſiquidem verbum de rebus aliquo modo excedentibus vſurpatur, ſi in naturalem et moderatum reſtituuntur ſtatum, vid. Gorraeum in hac voce, vnde de luxatorum membrorum repoſitione paſſim apud medicos occurrit. Tranſlate tandem

[e] Ὧν ἀντικατηγόρησαν [1] τινὲς, ἐμφρόνως εἰδότες, ἄνδρες ἐπαμύνασθαι, [2] ὅ τε τις πρότερον [3] χαλεπήνῃ. Πολλοὶ καὶ τὰ [4] σποράδην τισὶν εἰρημένα ἐφ᾽ ἓν συναγαγόντες, οὐκ ἀκάρπου γραφῆς ἐπινοίας ηὐπόρησαν, [5] καὶ τὰ ἀναποδείκτως ἱστορηθέντα μετὰ λόγου παραθέμενοι, [6] οἱ δὲ καὶ τὸ σαφῶς λεγόμενον, ἐξαπλῶσαι, καὶ τοῦτο ἐπὶ [7] μακρῶς, συντομώτερον ἀποστεῖλαι, καὶ τὰ ἀμφίβολα ἐκεῖνα ἑρμηνεῦσαι, εὔλογον δόξαν [8] ἀπενεγκαμένους· τῶν δὲ εἰρημένων χαρακτήρων εἷς ἕκαστος εὐλόγου τετύχηκεν ἐπαίνου· πῶς [9] οὐ μείζων ἀξιοῦσθαι [10] δικαίως τυγχάνειν τῆς παρούσης γραφῆς ἡ ὑπόσχεσις διὰ πάντων τῶν εἰρημένων ἰδιωμάτων κεχωρηκυῖα· Καὶ γὰρ [11] εὑρέσεως [12] ἕνεκεν πολὺν εἰσφέρεται πόνον, καὶ [f] κριτικῶς παρατίθεται τὴν ἐν ταῖς φωναῖς ἀλήθειαν, διορθουμένη τὰ μὴ κατὰ τρόπον ἀναγεγραμμένα, στρογγυλώτερον δὲ ἀπαγγέλλουσα τὰ [13] καινότερως εἰρημένα, τοῦ σαφοῦς καὶ τεταγμένου πολὺν ἔχουσα λόγον· [14] μετὰ τοῦ τὰ σποράδην πολλοῖς εἰρημένα, ὑφ᾽ ἓν συναγαγεῖν. Τοσαύτης [15] γοῦν συντάξεως καταβαλλόμενοι πληθὺν, οἱ μὲν ἕνεκα ταύτης [16] δικαίως οὐδεμίαν ἀπηνέγκαντο δόξαν· ἐπεὶ προσκορὲς ἰδίως πᾶν τὸ πολύ· οἱ δὲ διὰ τὸ ἄγαν ματαίως τὸ ἀκριβὲς ἐξηγούμενοι, [g] τί ἐστι [17] γένος, καὶ τί τὸ [18] πλατὺ, καὶ τί τὸ ἀστρονομικὸν, καὶ τί τὸ [19] ἀκροκώλιον, καὶ [20] στενωπὸς, καὶ τὰ

[1] ἀντικατηγόρησαν ἐμφρόνως εἰδότες τινὲς Ἀνδρ᾽ ἐπαμ. *Chart. et in animaduu.* ἐμμυνάσθαι. [2] ὅσις πρότερος *Chart.* [3] χαλεπήνοι *MS. D.* [4] κατὰ σποράδην τι σὺν εἰρημένοι *MS. Doru.* [5] καὶ τ᾽ ἀναποδείκτως *MS. D.* [6] *Turnebus ſcribit,* εἰ καὶ τὸ σαφῶς, *St.* ἀσαφῶς *Chart.* [7] μακρὸν *Chart.* [8] *Turnebus ſcribit* ἀπηνέγκατο. *St.* [9] *Turnebus ſic:* οὐ μειζόνων ἀξιοῦται *St.*

dem *corrigere, emendare,* ſignificat. Sic et in ſequentibus: διορθουμένη τὰ μὴ κατὰ τροπὸν ἀναγεγραμμένα, quod potiſſimum opus Criticis eſt proprium.

f. Hoc eſt: accuratione ſumma et exercitato iudicio, quale eſt Criticorum, veritatem in vocibus contentam et latentem prodere ac eruere.

g. Aliud

Quos nonnulli reprehenderunt, qui prudenter ſciebant viros vlciſci, quum quis prius laceſſiuerit. Multique ſparſe quorundam dicta in vnum colligentes, et ea, quae ſine demonſtratione erant tradita, cum ratione apponentes, infructuoſae ſcriptionis ſtudio non eguerunt. Alii vero obſcure dictum explanare, et id multis verbis ſcriptum, contrahere, et ambigue dicta interpretari conati, iuſtam gloriam reportarunt. Atqui, ſi horum vnuſquiſque eſt in ſuo genere meritam laudem conſequutus, qui fieri poterit, vt praeſentis ſcriptionis promiſſio, quae omnia dicta idiomata complexa eſt, maiorem laudem aſſequi digna non cenſeatur? Etenim multum laboris, inuentionis cauſa ſuſcipit: et veritatem vocum cum iudicio explicat: ea, quae, non quemadmodum oportet, ſcripta ſunt, corrigendo: plenius, faciliuſque inuſitate dicta pronunciando: magnam habens eius rationem, quod lucide ordinateque ſcriptum ſit: ſimul etiam, quae ab aliis variis in locis dicta ſunt, in vnum contrahendo. Qui vero tantae conſtructionis multitudinem reiecerunt, huius rei merito nullam ſunt gloriam conſequuti: quoniam omne, quod multum eſt, ſatietatem proprie affert. Alii vero, quoniam fruſtra nimii ſunt in eo explicando, quod omnibus eſt manifeſtum: vt quid ſit *γένυς gena*, quid *πλατὺ latitudo*, quid *ἀςρονομίη aſtronomia*, quid *ἀκροκώλιον extremum coli*, quid *ςενωπὸς locus anguſtus*, et his notiora verba. Si

[10] *δικαία τυγχάνει*, *Chart.* [11] *ὑρέκσεως MS. D. εὑρήσεως Chart.* [12] *ἕνεκε MS. D. ἕνεκα Chart. v. ſq. πολλὴν MS. D.* [13] *καινότερον Chart.* [14] *μετὰ τὰ σποράδην omiſſo τȣ̃ MS. D.* [15] *ἓν Chart.* [16] *δικαίαν Chart.* [17] *γένυς Euſt. γένȣς MS. D. in margine γένος.* [18] *πολὺ MS. St.* [19] *ἀκροκόλιον MS. D. ἀκρόπλοον Chart.* [20] *ςενοπὲς MS. D. et Chart.*

g. Aliud exemplar habet pro *γένυς gena*, *γένος genus*, et pro *πλατὺ latitudo*, *πολὺ multum*, et pro *ἀςρονομίη aſtronomia*, *ἀςρονομικὸν aſtronomicum*. Sed non refert hoc, an illo modo legatur. Quaedam etiam exemplaria pro *ἀκροπώλιον extremum coli* habent *ἀκροπόλιον arx*:

τὰ ἔτι τούτων φανερώτερα ῥήματα. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν τὰς [1] πᾶσι γινωσκομένας ἐξαπλοῦν φωνὰς, ἤτοι πάσας ὀφειλήσομεν ἐξηγήσασθαι, ἤ τινας. Ἀλλὰ πάσας μὲν [2] ἀδύνατο, [h] τινὰς δὲ δίκαιον. Ἢ γὰρ διὰ συνήθων ἐξαπλώσομεν αὐτὰς ῥημάτων, ἢ διὰ τῶν μὴ συνήθων. Ἀλλ' αἱ μὲν ἀσυνήθεις [3] εἰς τοῦτο ἀφυεῖς φαίνονται (δεκτὸν γὰρ τὰ ἧττον γινωσκόμενα διὰ τῶν μᾶλλον γινωσκομένων ἐξαπλοῦν) αἱ δὲ συνήθεις [4] τὸ ἐπίστης εἶναι φαναραὶ, πρὸς τὸ δηλωτικὸν τῆς ἑρμηνείας, οὐκ ἔσονται, ὥς φησιν Ἐπίκουρος. Ἀπόλλυται γὰρ ἰδίως τῆς ἑρμηνείας τὸ φανερὸν, ὅθ' ὑπὸ λόγου, καθάπερ τινὸς οἰκείου [i] μαγγανεύεται φαρμάκου. [k] Τῶν δὲ ἄλλων [5] Ἐπικλῆς μὲν ὁ κατὰ στοιχεῖον ποιησάμενος τὴν ἀναγραφὴν, ματαίου συντομίας ἐγένετο ζηλωτής. Πρὸς τῷ γὰρ μὴ πάσας ἐξηγήσασθαι, ἔτι καὶ τὰ συντάγματα, ἐν οἷς αὐτῶν [6] ἕκαστος κατεγέγραπτο, [7] σιωπῆς ἱκανῆς αἴτιον ἐγένετο τοῖς ἀναγινώσκουσι. Πάλιν γὰρ ἐδέησε καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐξηγεῖσθαι μὴ τὴν ἀνάγνωσιν, εἰ νοητή τις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν, εἰ κατατέτακται. Γλαυκίας τε ὁμοίως τὸ κατὰ στοιχεῖον ζηλώσας μακρότερος ἐφάνη, καθ' ἑκάστην φωνὴν παρα-

[1] *πᾶσιν MS. D.* [2] *ἀδυνατὸν Chart.* [3] *ἐς Chart. Signa parenth. non habet Chart.* [4] *Turnebus reponit διὰ τὸ. Poſſit etiam τῷ ſcribi, idem valens ac διὰ τό. St. τῷ Chart.*

arx: quae vox Hippocrati non eſt in vſu, ſicut nec *στενωπός*. EUST.

h. Haec ſententia difficilis eſt: et dictio aliqua in ea deeſſe videtur. Fortaſſe legendum eſt: *τινὰς δὲ οὐ δίκαιον*, hoc eſt, *aliquas vero non aequum.* Quae lectio a priori differre non videtur; quia parum refert, ſi oratio particularis, vel affirmatiua ſit, vel negatiua: quouis enim modo legatur, diſiunctum, quod ſequitur, cum priori ſententiae parte, cohaerere non videtur. EUST.

i. Haec vox de praeſtigiatoribus et incantatoribus proprie dicitur, deinde de fuco ſuper aliqua re inducto, quod bene vidit h. l. interpres. Sic *μαγγευμάτα* Cleopatrae paſſim occurrunt apud ſcri-

Si enim voluerimus omnibus notas voces explicare, aut omnes interpretari debemus, aut aliquas: omnes autem, fieri non poteſt: aliquas vero aequum: vel enim ipſas vſitatis verbis explicabimus, vel minus conſuetis. Sed quae minus conſueta ſunt, ad hoc minime apta eſſe videntur: quoniam ignota, per ea, quae ſunt magis nota, declarari oportet. Conſueta vero, quum ſint aeque manifeſta, non erunt, vt ait Epicurus, ad declarandam interpretationem apta. Perit enim proprie euidentia interpretationis, quando a ſermonis fuco inficitur, tanquam a proprio pharmaco. Inter alios autem Epicles, qui iuxta ordinem elementorum commentarium fecit, vanae fuit imitator breuitatis; quoniam praeterquam quod omnes voces non explicauit, compoſitiones etiam, in quibus vnaquaeque ipſarum conſcripta erat, cauſa fuerunt, vt legentes omnino conticeſcerent. Oportebat enim rurſus in qualibet ſcriptione interpretari, non ſi, quod egebatur, erat * intelligibile, ſed ſi, quod dicebatur, erat ex ordine collocatum. Atque Glaucias eodem modo elementorum ordinem imitatus, in vnaquaque voce longior eſt viſus, addendo

[5] *ἐπικλεῖς MS. D.* [6] *ἑκάϛῃ, MS. St. quam lectionem meliorem eſſe clarum eſt. Sed et haec ſequentia verba, σιωπῆς ἱκανῆς αὔτιον, mendi ſuſpicione non carent. St. ἑκαϛὸν Chart.* [7] *σιωπῇ ἱκανῇ MS. D.*

* Ad percipiendum aptum, euidentia praeditum.

ſcriptores, quippe quae ob haec maxime celebrata fuit. Tandem de artibus coquorum vtitur, et eorum qui vinis perditis et vilibus bonum ſaporem, odorem et colorem conciliare, eaque vendere ſolent. Ad Latinos demum tralatum hoc verbum, qui *mangonizare* barbare dicunt.

k. In hac ſententia mendum ſubeſſe ſuſpicor; qui enim fieri poſſit, vt compoſitiones Epiclis, legentibus ſilentium imponant, aſſequi nequeo; niſi pro *σιωπῆς*, hoc eſt, *ſilentium*, *πλησμονῆς*, id eſt, *ſatietas* reponatur, aut *ſilentium* pro *animi perplexitate*, hoc in loco ſumatur. EUST. Hunc locum laudat Hadr. Heringa in Libro ſingulari Obſſ. critt. Leovard. 1749 edito, p. 4.

παρατιθέμενος τὰς [1] ἐν οἷς καταγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ γλῶτται συντάξεις. Διόπερ ἡμεῖς καθ᾽ ἑκάστην [2] γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τοῦ συγγράμματος [3] δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱστοροῦνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνουσι, μιμνησκόμενοι καὶ τῶν ἅπαξ εἰρημένων, καὶ τὰς [4] ἀνακεχωρηκυίας [5] Διδύμου πιστούμενοι μαρτυρίας· τὰς δὲ οὐχ οὕτως ἀσαφεῖς εἰς τὸ ἀνθ᾽ ἑνὸς δηλουμένας, ὑπάγοντες. [6] Προσεξαπλοῦντες δὲ καὶ τὰς παρὰ τοῖς ἄλλοις τέλεον [7] παραλελημμένας. [8] Τό, [l] τε γὰρ [9] τέρθρον [10] τοῦ πάθους οὐδεὶς αὐτῶν ἐξηγεῖται, [m] καὶ τὰς αἰθόλικας, καὶ τὸ κερχνῶδες, καὶ [n] τὰς τέρμινθας,

[1] *ἐν αἷς Chart.* [2] *γραφὴν οὐξελέξαμενοι MS. D.* [3] *δηλωσώμεν MS. D. Et pro ὁποῖαι Adr. Heringa legendum cenſet ὅπου.* [4] *Turnebus ſcribit ἀνακεχωρηκήας St. ἀνακεχαιρηκήας MS. D.*

l. *τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος, Extremum, ſeu finem paſſionis*, nuſquam apud Hippocratem reperio. In omnibus enim exemplaribus etiam MSS., quorum quatuor in Bibliotheca Vaticana mihi videre contigit, legitur *στερεὸν τοῦ πάθεος*, vt ſuo loco explicabo. EUST. Nihilo tamen ſecius haec vox reperitur libro II. de morbis mulier. apud Hippocr. p. 269. 28. quo in loco notat *ſummum, ſupremum morbi, curationis maxime indigens.* Plura vide ap. Foeſ. in Oec. Hip. p. 625. qui aſſerit: vtique in omnibus exemplaribus *τὸ στερεὸν* pro *τέρθρον* ſcribi, non ſine inſigni vitio. Nam etſi firmitas et ſoliditas morbi ſignificatur, elegantis tamen tranſlationis vſus eluditur.

m. Aliud exemplar habet *τὰς αἰθαλικάς*. Galenus vero in Exegeſi legit *αἰθύλικες*, vt paulo poſt dicam. EUST. Gorraeus vtramque formam et *αἰθάλικες* et *αἰθύλικες* occurrere aſſerit in Defin. med. p. 10. Eas autem Galeno auctore ſic deſcribit: *ſunt in ſumma cute circuli quidam rubentes, iis ſimiles, qui ab igne excitantur.*

n. Quum Erotianus de hac voce nullam faciat mentionem, dicendum eſt, vel ipſum promiſſis non ſtare: vel hoc opus mancum, eſſe fragmentum eorum, quae ipſe ſcripſit, ſine vllo ordine ab ali-

quo

addendo quibus in libris hae voces reperirentur. Quare nos in vnoquoque libro eas voces deligentes, hoc commentario quomodo ſint poſitae, quibuſque libris eae, quae minus ſunt vſitatae, ſcriptae ſint, explicabimus: atque in noſtra hac interpretatione, quid ſignificent, exponemus: in memoriam reuocantes eas, quae ſemel dictae ſunt, et quae a communi vſu ſeparatae ſunt, duobus teſtimoniis a nobis confirmabuntur, eas vero, quae non ita ſunt obſcurae, ad vnius ſignificatum referemus: explanantes perfecte eas quoque, quas prorſus alii reliquerunt. Nemo enim ex iis τὸ τέρθρον τȣ͂ πάθεος, *finem*, ſeu *vltimum paſſionis*, interpretatur. Et τὰς αἰθολικὰς, *puſtulas vrentes, quae in corporis ſuperficie naſcuntur*. Et τὸ κεγχνῶδες, *aſperas eminentias habens*. Et τὰς τέρμινθας,

[5] διδύμȣς MS. D. μαρτυρίαις Chart. [6] πρὸς ἐξαπλȣ͂ντες diſtinctim MS. D. [7] παραλελειμμένας MS. D. et ſic quoque Chart. [8] τȣ͂ τε MS. D. [9] τέρθρȣ MS. D. [10] τὸ πάθος MS. D.

quo graeculo collectum. Sunt autem τέρμινθοι *tumores praeter naturam*, de quibus Hippocrates ſecundo de morbis vulgaribus ſectione ſecunda, p. 312. v. 49. ita ſcribit: *Ariſtaei vxoris frater fatigatus in via incaleſcebat: deinde in tibia* τέρμινθοι, *tumores, terebinthi fructui ſimiles, fiebant;* vel vt Caluus vertit, *tibiae rubuerunt.* Et ſexto de morbis vulgaribus, commentario tertio, textu 27. p. 346. v. 18. *Qui haemorrhoidas habent, neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedaena, neque furunculis, neque* τερμίνθοισι *tuberculis terebinthi figuram habentibus, corripiuntur.* Quam ſententiam repetit tertio de humoribus textu 26. p. 117. v. 28. Caluus vertit *puſtulis*. Galenus vero in Exegeſi inquit: τέρμινθοι, *tumores ſunt praeter naturam, qui terebinthi arboris fructui ſimiles in cute naſcuntur.* Exprimit autem clarioribus verbis hanc vocem in expoſitione loci, quem modo citaui ex tertio de tumoribus et ex ſexto de morbis vulgaribus, ita ſcribens: *Nomen vero terminthorum nigras quaſdam puſtulas, in cruribus potiſſimum erumpentes ſignificat: ductum a ſimilitudine figurae coloris ac magnitudinis, quam cum* τέρμινθȣ *terebinthi fructu gerit;* in

μινθας, τό, τε θηριῶδες, καὶ τὸ [1] [o] σκορδίνημα, [p] καὶ τὸν σκίῤῥον, [q] καὶ τὴν ἐκνύπην μήτραν, καὶ τὸ [2] ἐπηλυγάζεσθαι, τά τε [r] αἱμόκερχνα, καὶ [s] τὸ [3] φολλικῶδες, καὶ τὸ [t] ἔναιμον νεῦρον, καὶ τὸ [u] ἴκταρ, καὶ ἄλλας πλείους λέξεις, ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐροῦμεν. [a]Ὅθεν καὶ [4] ἐπεὶ τῶν ἀληθῶν νομιζομένων συνταγμάτων [5] ἔστι μὲν ἃ σημειωτικὰ, ἃ δὲ, φυσικὰ καὶ αἰτιολογικά· ἔνια [6] δ' εἰς τὸν περὶ τέχνης συντείνοντα λόγον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν, ἃ μὲν διαιτητικὰ, ἃ δὲ χειρουργούμενα, καὶ πάντως μικτά· δίκαιον ἡγοῦμαι, προϊστορήσας

[1] σκορδίνευμα *MS. D.* [2] ἐπολυγάζεσθαι *MS. D.* ἐπηλογάζεσθαι *falſo Obſſ. Miſc.* [3] φιλλικῶδες *MS. D.*

in qua voce interpres latinus fallitur, ἐρεβίνθου, *ciceris*, pro τερμίνθου, *terebinthi fructu* legens. Sumſiſſe autem Galenum interpretationem huius dictionis a Dioſcoride Alexandrino, ex iis, quae Paulus Aegineta ſcribit libro quarto, c. 24. clare patet. Oribaſius in eadem eſt ſententia; paucis enim clarioris doctrinae gratia additis, libro ſeptimo ſynopſeos c. 26. ſcribit, τέρμινθος *phymatis ſpecies eſt; in ſummo autem ipſo vlcere puſtula nigra eminet, qua rupta id, quod ſubiectum eſt, ſimile deſquamato apparet*: vbi hoc *diuiſeris, pus inuenitur.* Cui ſubſcribit Aetius, L. XIV. c. 62. et Paulus Aegineta libro et capite ſupra citato. EUST. cf. Gorraeum in def. med. ſub hac voce p. 454.

o. Σκορδινισμὸς quoque eſt in vſu. Quidam κορδίνημα dant, male. Euſtachio tamen interpretanti, *capitis grauitatem*, aſſentire non poſſum propter Galen. in Gloſſ. in hac voce; vnde Gorraei amplector ambabus manibus ſententiam in Def. med. p. 421. *Eſt*, inquit, σκορδίνημα *diſtenſio coacta* membrorum omnium ad vaporum difflationem.

p. Quae vox notiſſima eſt; et ideo ſuſpicor legendum eſſe, τὸν σκηρὸν, *fungoſum*, quia haec dictio apud Hippocratem raro inuenitur. EUST.

q. In aliquibus exemplaribus legitur, κνίζειν μήτραν, *pungere vterum*: in aliis ἐκνευτὴν μήτραν, *prolabentem vterum*: in aliis ἐκνυτὴν μήτραν, *vterum ſtimulatum*, quarum dictionum nulla apud Hippocratem et Erotianum reperitur. Reponerem ἀγρηθῆναι τὰς μήτρας, vel ἀγρηθῶσιν αἱ μήτραι, quum ea dictio

θας, *tubercula terebinthi fructui non abſimilia.* Et τὸ θηριῶδες, *ferinum.* Et τὸ σκορδίνημα, *capitis grauitatem.* Et τὸν σκίῤῥον, *ſcirrhum.* Et ἐκνύπην μήτραν, *vterum explicatum*, ſeu *explanatum.* Et τὸ ἐπηλυγάζεσθαι, *impeditum eſſe*, ſeu *obumbratum eſſe.* Et αἱμοκέρχνα, *cruenta et arida.* Et τὸ φολλικῶδες, *ſcabioſum.* Et τὸ ἔναιμον νεῦρον, *neruum ſanguine praeditum.* Et τὸ ἴκταρ, *prope.* Aliaſque plures voces, de quibus omnibus ſuo loco dicemus. Quare in illis voluminibus, quae vere Hippocratis nomine circumferuntur, Alia ſunt ſignificatiua: Alia naturalia et cauſatiua: Alia vero curatiua: Nonnulla autem ſpectantia ad artis praecepta. Et horum, quae ad curationem referuntur, Alia ſpectant ad victus inſtituendi rationem: Alia vero ad chirurgiam. Alia autem ſunt omnino mixta. Quae quum ita ſint, non ab re eſſe

 exiſti-

[4] *ἐπὶ τ. ά. κομιζομένων MS. D.* [5] *ἐςὶ μὲν σημειωτικὰ, omiſſo & MS. D.* [6] *δὲ Chart.*

dictio ab Erotiano exponatur, et ab Hippocrate raro vſurpetur, niſi a prioribus longe diſtaret. EUST.

r. Vide Erotian. in hac voce.

s. Ita legendum eſſe cenſeo; quia apud Erotianum et Galenum in Exegeſi reperio φολλικώδεα. In aliquibus exemplaribus φολλικῶδες perperam legitur, pro quo φυλλικῶδες, *frondoſum* reponerem, ſi hanc vocem Erotianus explicaret. EUST. Laudatur hic locus a Foeſio in Oecon. Hipp. p. 664. qui ſimul obſeruauit quaedam exemplaria legere vitioſe φυλλικώδες et φιλλικώδες.

t. Id eſt ſanguineum neruum. Laudat Foeſ. in Oec. p. 428 locum Hippocr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος p. 112. 49. τοῦ δέρματος τὸ ἔξω, ὅτι συνεχές τε ἑωυτῷ καὶ νεύρῳ ἐναίμῳ. *Externa cutis, quoniam ſibi ipſi et neruo ſanguineo continua eſt.* Et quamquam Erotianus νεῦρον ἔναιμον ἀντὶ τοῦ τῆς φλεβὸς poni aſſerat, tamen hoc non inſolens eſt antiquis νεῦρα, φλεβὰς dici. v. Foeſ. l. c.

u. Quid ſibi velit Erotianus, non facile eſt videre: Quandoquidem ſi haec dictio, *prope*, ſignificat, rara non eſt, ſed omnibus notiſſima: ſi vero pro *pudendo muliebri* ſumitur, vt Galenus in Exegeſi monuit, inſolita eſt: ſed ea ſignificatio ab Erotiano praetermittitur. EUST. Conf. Foeſ. in Oec. Hipp. ſub hac voce.

σας τὸν τῶν βιβλίων ἀριθμὸν, τηνικαῦτα [1] ἐπὶ τὴν τῶν λέξεων [2] ἀνάπλωσιν ἥκειν. Σημειωτικὰ μὲν ἔν ἐςι ταῦτα· Προγνωςικὸν, Προῤῥητικὸν, [3] ά καὶ β', ὡς ἐκ ἔςιν Ἱπποκράτες, ἐν [4] ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν. Αἰτιολογικὰ δὲ καὶ Φυσικά· Περὶ Φυσῶν, Περὶ [5] φύσιος ἀνθρώπε, Περὶ [6] ἱερῆς νέσε, Περὶ [7] φύσιος παιδίε, [x] Περὶ τόπων καὶ [8] ὠρῶν. Θεραπευτικὰ δὲ [9] τῶν μὲν εἰς χρόνοις ἀνηκόντων· Περὶ ἀγμῶν, Περὶ ἄρθρων, Περὶ ἑλκῶν, Περὶ [10] τραυμάτων, καὶ βελῶν, [11] Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, [12] Κατὰ ἰητρεῖον, Μοχλικόν, [13] Περὶ αἱμοῤῥοΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν· Περὶ νέσων [14] ά, β', [y] Περὶ πτισσάνης. Περὶ τόπων, τῶν [15] κατὰ ἄνθρωπον, Γυναικείων [16] ά, β', Περὶ τροφῆς, Περὶ ἀφόρων, [z] Περὶ ὑδάτων. Ἐπίμικτα δέ ἐςι ταῦτα, Ἀφορισμοί, Ἐπιδημίαι ζ'. [17] Τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης

[1] *ἐπὶ τῶν λ. omiſſo τὴν MS. D.* [2] *Pro ἀνάπλωσιν malim ἐξάπλωσιν, vt dixit initio ἐξαπλώσεως St. et ſic Chart.* [3] *πρῶτον καὶ δεύτερον Chart.* [4] *ἄλλας MS. D.* [5] *Φύσεως MS. D. et Chart.* [6] *ἱερε̃ νόσε MS. D. ἱερῆς νόσε Chart.* [7] *Φύσεως MS. D. et Chart.* [8] *Pro ὠρῶν legendum eſt ἀέρων. Ita enim Hippocratis liber inſcribitur, περὶ ἀέρων, ὕδατων, τόπων. St.*

x. Hic liber Hippocratis plures habet inſcriptiones: et ideo, non ſi altera earum eſt, De aeribus, aquis, et locis, pro ὠρῶν, *anni temporibus*, legendum eſſe ἀέρων, *aeribus*, quia Galenus in tractatione de libris propriis, c. 6. aſſerit, librum De locis, aere et aquis, eſſe inſcribendum, De habitationibus, et aquis, et ὠρῶν, anni temporibus, et regionibus. Et in libro, quod mores animi inſequantur corporis temperaturam, libri De aeris, et temporum anni temperatura meminit. EUST.

y. Erotianus de inſcriptione libri parum ſollicitus, in eorum numero eſt, qui teſte Galeno primo aphoriſmorum textu IV. et tertio De difficili reſpiratione, cap. 6. librum de victus ratione in morbis acutis, de ptiſana inſcribunt; quos idem Galenus reprehenſione dignos putat, primo de ratione victus morborum acutorum, text. XVIII. et ſecundo de fracturis, textu XXIX. et tertio de ali-

exiſtimo, prius omnem librorum numerum recenſere, quod quum perfecero, ad ſingularum vocum explicationem accedam. Significatiui igitur libri ſunt hi: Prognoſticum, prorrheticum, primus ſcilicet et ſecundus, quos non eſſe Hippocratis in aliis oſtendemus. De humoribus. Cauſatiui vero ac naturales ſunt. De flatibus. De hominis natura. De ſacro morbo. De natura pueri. De locis et de anni temporibus. Ex his vero, qui ad medendi rationem pertinent, Chirurgiae inſeruientes ſunt: De fracturis. De articulis. De vlceribus. De vulneribus et telis. De vulneribus capitis. De officina medici. De vecte curandis. De haemorrhoidibus. De fiſtulis. Qui ad victus rationem ſpectant, ſunt: De morbis primus, et ſecundus. De ptiſana. De locis in homine. De morbis mulierum primus, et ſecundus. De alimento. De ſterilibus. De aquis. Qui mixtam materiam tractant, ſunt: aphoriſmi. De morbis popularibus ſeptem. Ex his qui pertinent ad artis praecepta, ſunt:

 Iuſiu-

[9] *Turnebus reponit* τῶν μὲν εἰς χειρȣργίαν ἡκόντων. *St.* εἰς χειρȣργίας ἀνηκ. *Chart.* [10] τραμάτων *MS. D.* [11] καὶ τῶν *Chart.* [12] κατὰ ἰατρὸν *MS. D.* [13] περὶ αἱ αἱμοῤῥοΐδων *MS. D.* [14] πρῶτον καὶ δεύτερον. [15] κατὰ ἀνθρώπων *MS. D.* [16] πρῶτον καὶ δεύτερον. *Chart.* [17] τῶν δ' εἰς *MS. D. et ſic Chart.*

alimentis, c. 39. Quamuis Hippocrates in libello de veratri vſu p. 534. v. 32. eum titulum non reiiciat, quum ſic ſcribit: Quicunque vero inflammata in principio morbi, velut ἐν τῷ περὶ πτισάνης, id eſt, in libello de ptiſana dixi, ſtatim medicamento ſoluere aggrediuntur. Et parum infra v. 44. Sicut autem de πτισάνης, ptiſana dixi, ſeſamoides ſurſum purgat. EUST. De hac πτισάνῃ cf. Foeſ. in Oec. Hipp. p. 542.

z. De Aquis nullus liber Hippocratis exſtat: et ideo diuinare non poſſum, quem Erotianus intelligat. Suſpicarer eum eſſe, quem de aere, et aquis, et regionibus ſcripſit: niſi inter cauſatiuos illum ſupra enumeraſſet. EUST.

τέχνης τεινόντων λόγον, Ὅρκος, Νόμος, Περὶ τέχνης, Περὶ [1] ἀρχαίης ἰητρικῆς. [2] [a] Πρεσβυτικὸς γὰρ καὶ Ἐπιβώμιος φιλόπατριν μᾶλλον ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα· ὧς ἐπὶ ταύταις τινὰς βεβαίως Ἱπποκράτους [3] λέγομεν εἶναι διδασκαλίας εὐσήμου ἕνεκεν. Ἀρκτέον οὖν ἂν εἴη ἀπὸ τῶν σημειωτικῶν, ἐπειδὴ πάσης αἰτιολογίας καὶ θεραπείας προηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις. [b] Λοιπὸν ἀρξόμεθα ἀπὸ τοῦ προγνωστικοῦ.

[1] *ἀρχαίας ἰατρικῆς MS. D. et ſic Ch.* [2] *πρεσβευτικὸς MS. St. et ita vulgo inſcribitur St. et ſic Chart.*

a. Hic finit ſe commemoratio librorum Hippocratis, quae paulo aliter ſe habet in Galen. de libris propr. c. 6. p. 44. Tom. I. ed. Charterii. Palladius vero in Comm. in Libr. de Fract. apud Foeſ. Sect. 6. p. 147. Opp. Hipp. alium ſeruauit ordinem. Cf. Chriſti. Godofr. Gruneri V. Ill. cenſuram librorum Hippocrateorum Vratiſl. 1773. p. 27. ſq. vbi etiam de reliquis ſermo inſtituitur.

b. De ordine quo omnia perſequi cupit, iam rationem reddit, eumque prorſus alium fuiſſe Adr. Heringa l. c. p. 5. docuit, quem locum ab initio ipſius Συναγωγῆς exhibebimus.

Iusiurandum. Lex. De arte. De veteri medicina. Πρεσβευτικὸς enim et ἐπιβώμιος, hoc eſt, oratio legationis ad aram, patriae amantem potius, quam medicum virum oſtendunt. Quare in his dicimus, quoſdam eſſe vere Hippocratis, clarioris doctrinae gratia. Incipiendum eſt itaque a ſignificatiuis, quoniam omnem αἰτιολογίαν, id eſt, cauſarum enumerationem, et omnem curationem ſignificatio praecedere debet. Igitur a prognoſtico incipiemus.

[3] εἶναι λέγομεν Chart.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

[1] Ἀλυ-

a. Ante omnia, de ordine quem in expoſitione vocum Hippocratis Erotianus ſequutus eſt, dicendum exiſtimo: vt quid ſibi velit *ἐνθάδε* ſiue *ἐνταῦθα* (quod paſſim apud illum inuenies) quantum ſatis longa inueſtigatione aſſequi potui, patefaciam, atque ita eodem inueſtigandi labore alios leuem. Meminerimus igitur Erotianum in vltima ſua praefatione libros Hippocratis in quatuor primarias claſſes diſtribuiſſe, et primam *σημειωτικοῖς*, ſecundam *αἰτιολογικοῖς καὶ φυσικοῖς*, tertiam *θεραπευτικοῖς*, quartam *τοῖς εἰς τὸν περὶ τέχνης τείνουσι λόγον* aſſignauiſſe. Cuius diſtributionis ſi ſeruare ordinem voluerit (vt certe debuit) ab iis libris, quos *σημειωτικοῦς* vocat, non dubium eſt, quin ſumendum ſibi initium putauerit: ideoque, quum locum *προγνωστικῷ* primum dediſſet inter *σημειωτικοῦς*, ſuam verborum Hippocratis expoſitionem auſpicaturus, dixerit, *λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ προγνωστικοῦ*. Quae, quum ita ſint, nemo, vt opinor, inficias iuerit, quin hunc ſequutus fuerit in hoc opuſculo ordinem, vt primo loco verba *προγνωστικοῦ*, ſecundo vocabula *προῤῥητικοῦ*, tertio *τοῦ περὶ χυμῶν* explicarit. Deinde ad *αἰτιολογικοὺς καὶ φυσικοῦς* veniens, primum locum vocabulis libri *περὶ φυσῶν*, ſecundum, verbis opuſculi *περὶ φύσιος ἀνθρώπου*, tertium vocibus libelli *περὶ ἱερῆς νούσου* dederit, et ita deinceps progreſſus fuerit. Quum ergo dicit *ἐνθάδε* (id eſt, hoc in loco) fingamus ab eo praefixum certi cuiuſdam libri titulum, cuius vocabula (ea quidem, quae explicatione indigere exiſtimat) quo illic ordine occurrunt ſigillatim explicet: ac voces, quae in diuerſis reperiuntur locis, primum ex eo loco citari cenſemus, qui primus apud Hippocratem eas habet, ſequendo videlicet propoſitum antea eius librorum ordinem. Verbi gratia quum *ἀλυσμὸν* habeamus cum alibi apud Hippocratem, tum circa principium *τοῦ προγνωστικοῦ*, et ab eo Erotianus vocabulorum expoſitionem ordiatur, *ἀλυσμὸν* primum huius Lexici vocabulum, quod exponitur *ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν*, non abs re contenderit quiſpiam eſſe id, quod in hoc *προγνωστικοῦ* loco habetur, *ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει*: quum alioqui haec ipſa verba etiam in *κωακαῖς*

κωακαῖς

PRINCIPIUM A.

Ἀλυ-

καῖς προγνώσεσι legantur. Itidem et hic, quum vocem ἀραιὰ explicandam ſumens, dicit, ἀραιὸν valere ἐνθάδε idem quod τὸ ἐκ διαςήματος καὶ μὴ ἐπιταχύνον, mihi non dubium eſt, quin ἐνθάδε (id eſt, hic) ſignificet in hoc loco, qui exſtat τȣ̃ προῤῥητικȣ̃ libro ſecundo, τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τȣτέοισιν ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει. Nam is quem ſibi propoſuerat librorum Hippocratis ordinem, poſtulabat, vt explicatis prognoſtici verbis, ad prorrheticum veniret. Locus autem in Hippocratis epidemiorum I. eſt hic, τȣτῷ τὸ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλȣμένῳ ἀραιὸν, μέγα. Confirmant autem meam coniecturam, (ſi res minime dubia, coniectura vocanda eſt) haec quae ſubiunguntur ab ipſo Erotiano verba, καὶ ἐνθάδε μὲν ἄλγημα σημαίνει, ἐκεῖ δὲ πνεῦμα. Hic enim σημαίνει, non vt vulgo, intelligendum puto: ſed quum ἀραιὸν dicit σημαίνειν ἄλγημα et πνεῦμα, perinde eſſe reor ac ſi diceret, eſſe adiunctum ad declarandum quale ſit ἄλγημα, item quale ſit πνεῦμα. Conuenit autem Galeni expoſitio cum hac Erotiani, quod ad ſenſum attinet: vtpote qui ἀραιὸν πνεῦμα exponat τὸ διὰ πολλȣ̃, vel διὰ πολλȣ̃ χρόνȣ: nam alicubi χρόνον addit. Sic enim in I. Comm. in prognoſtico, τὸ δ' ἀραιὸν πνεῦμα, τȣτέςι τὸ διὰ πολλȣ̃, μετὰ μεγέθȣς μὲν παραφροσύνην σημαίνει, μετὰ δὲ σμικρ. etc. Idem in I. Comm. in prorrh. 1. ὀνομάζει δὲ τὸ διὰ πολλȣ̃ τȣ̃το πνεῦμα καὶ ἀραιὸν αὐτὸς, ὡς ἐπιδέδεικταί μοι κατὰ τὰ περὶ δυσπνοίας ὑπομνήματα. Idem in lib. I. epid. Com. III. περὶ πνεύματος loquens, πρόδηλον δ' ὅτι ταυτόν ἐςιν ἀραιόντε φάναι καὶ διὰ πολλȣ̃ χρόνȣ. Quin etiam alicubi idem πυκνὸν πνεῦμα opponit τῷ ἀραιῷ, manifeſte repugnans iis, qui, (vt ait Erotianus) ἀραιὸν dici putauerunt πυκνὸν. Sed cur (dixerit aliquis) ſi ἀραιὸν πνεῦμα ſignificat τὸ διὰ χρόνȣ, alicubi comperitur poſt ἀραιὸν et μέγα addidiſſe διὰ χρόνȣ Hippocrates? videlicet hoc in loco epid. III. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πνεῦμα ἀραιὸν μέγα διὰ χρόνȣ, καὶ πάλιν βραχύπνοος. Nimirum hic ἀραιὸν et διὰ χρόνȣ coniuncta pro διὰ πάνυ πολλȣ̃ χρόνȣ accipere oportet, vt docte annotauit Galenus. Sic autem poſt ἀτρεκέως Hippocra-

pocratem obſeruaui addidiſſe alicubi κατ' ἀληθείην, quum alioqui nonnunquam ἀτρεκέως pro ἀληθῶς vſurpet. STEPH. Iuuabit de eodem argumento apponere verba Heringae in Obſſ. p. 3. ſeq. Fundamenti autem loco, inquit, pauca praemonenda ſunt de Erotiani Lexico; licet enim hodie illud ſecundum feriem alphabeti diſpoſitum videamus, certum tamen habeo, auctorem in eo conſcribendo ordinem ſequutum toto caelo diuerſum: nec operam perditurus videor, ſi latius hoc dederim probatum. Plurima enim, quae hoc euincunt argumenta in promtu ſunt. Ac primo quidem, ſi Erotianus ordine ſcripſiſſet alphabetico, non dubito quin eumdem morem tenuiſſet quem alii: primo ſcilicet poſuiſſet voces ab AB. incipientes, dein ab ΑΓ, ΑΔ, et ſic porro in quauis litera, quod etiam Galenus accurate obſeruauit. In Erotiano autem nihil tale, omnia ſe mutuo ſequuntur ὕϛερον πρότερον: immo eſt vbi eadem vox bis refertur, vt v. g. Ἄλις, quod ridiculum fuiſſet, ſi ordinem literarum in Lexico ſuo ſequutus eſſet Auctor. Dein multa in hoc Lexico loca alio id ordine prodiiſſe demonſtrant. Sic v. g. in ἀτρεκέως ait: ὁμοίως κἀνταῦθα τῷ ἀληθεῖ· ἀντιδιαϛέλλων, et in Ἀραία: ἀλλ' ἐνθάδε μὲν — — ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαϛήματος, in Γαργαρέων: τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει, in Δικαιόν: ἐνθάδε μὲν εὔλογον, et ſic pluribus locis. Iam vero verba illa ἐνταῦθα, ἐνθάδε, νῦν, clare monſtrant ordinem in hoc Lexico fuiſſe talem, vt lectoribus primo intuitu pateret, ad quoſnam Hippocratis locos referendae eſſent Erotiani explicationes; quod de Lexico Erotianeo, quo hodie vtimur, minime dici poteſt: Saepe enim totus fere Hippocrates, etiam fruſtra, euoluendus eſt, vt deſiderata loca reperiamus: vnde non eo habitu ab auctore profectum, pronum eſt concludere. Sed fortiora reſtant argumenta: audiamus igitur, (vt breuis ſim,) ipſum *Erotianum*. Damnat hic in praefatione ſua eorum inſtitutum, qui vocabula *Hippocratis* ſecundum literarum ordinem expoſuerant, *Epiclem* nominatim et *Glauciam*. Prior enim (quanquam locus *Erotiani* de eo obſcurior et forte corruptus eſt,) breuitati ſtudens non annotauerat loca vel libros *Hippocratis*, vnde Gloſſas ſuas deſumſerat, quod moleſtiam creabat lectori; quo etiam vitio *Galeni* exegeſis laborat, quippe qui rariſſime loca *Hippocratis*, quae reſpicit, Libro nominato ſignat. *Glaucias* autem quum vbique loca *Hippocratis* ſtudioſe annotaſſet, hinc nimia

mia mole ipſius liber laborabat. Subdit dein, quanam ipſe vſurus ſit methodo: διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τοῦ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱστοροῦνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνουσι. *quare nos per ſingulos libros deligentes infra deſcriptas voces, per Commentarium noſtrum monſtrabimus, quales ſint et quibuſnam in libris reperiantur minus vſitatae; per explicationem vero, quid ſignificent, indicabimus.* Forſan tamen in his verbis pro ὁποῖαι legendum ὅπου. Haec enim clariſſime, ni fallor, euincunt, *Erotianum* ordinem literarum in Lexico ſuo condendo minime attendiſſe: ſed ductum Librorum *Hippocratis* ſequutum voces obſcuriores annotaſſe et explicuiſſe eo ordine, quo in *Hippocrate* ſe inuicem ſequebantur. Quotieſcunque vero ad nouum perueniebat librum, eius titulum vocibus inde deſumtis praefixiſſe videtur; quod docent illa, quae in fine praefationis ait: λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ προγνωστικοῦ: *incipiemus igitur a prognoſtico.* Ordo hic lectoribus erat vtiliſſimus, qui ſic facillime *Hippocratem* et *Erotianum* inuicem contendere poterant. Sed deinde neſcio quis maleferiatus Lexico huic violentas manus inferre, atque illud ſecundum literarum ordinem diſponere auſus eſt, pulcherrimum procul dubio facinus hoc opinatus. Id tamen laudo in eo, quod non penitus in ordinem Alphabeticum redegerit, ſed tantum excerpſerit omnes voces ab A incipientes, ordine, quo eas in *Erotiani* Gloſſario reperiebat: tum eodem modo eas, quae a B, Γ, etc. incipiunt: hinc enim illud lucramur commodi; vt quamuis perdito quoad totum, auctoris ordine, in ſingulis tamen literis eum adhuc ſuperſtitem habeamus, et hinc voces ex eodem libro excerptae ſe mutuo ſequantur, quod ſaepe ſummi vſus eſt, vt dein latius monſtrabo. Nec eſt, quod miretur quiſpiam, tantum ſibi in Veterum ſcriptis interpolandis indulſiſſe homines male ſedulos: nec enim in ſolum graſſati ſunt *Erotianum.* Idem expertum eſt Gloſſarium *Herodoteum*, quo de ante dixi; nec enim, prout editur, ordine Alphabetico ſcriptum erat, ſed ad ductum ipſius *Herodoti:* immo ſupereſt adhuc dum Codex in Gallia, vnde verus illius ordo in integrum reſtitui poteſt. Vide *Montfaucon:* Biblioth. *Coiſl.* p. 484. Nec non Gloſſarium *Oppiani*, quod ſecundum

[1] Ἀλυσμὸν) [b] ἀπορίαν, ἀμηχανίαν· ὡς καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ ε τῆς Ἰλιάδος, ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης τετρωμένης φησὶν, [2] Ὥς [2] ἔφαθ᾽· ἡ δ᾽ ἀλύουσ᾽ [3] ἀπεβήσατο. Ἀντὶ

[1] ἀλισμὸν *MS. D. quod* ſalituram, muriam *notat.*

dum Alphabeti ſeriem ediderat *Rutgerſius;* ſed et huic verum ordinem e MS. Libro reſtituit Cl. *Doruillius* Miſcell. Obſeru. Vol. IX, p. 100. et ſqq. *Ammonii* etiam ac *Thomae Magiſtri* opera olim aliter ac nunc diſpoſita fuiſſe ſtatuunt Viri eruditi, validis ſatis rationibus ſubnixi. Vtinam cui adeo felici eſſe contingat, vt incidat in *Erotiani* exemplar natiuum adhuc ſeruans ordinem! Sic multa procul dubio reſtituere et illuſtrare poſſemus loca, quae iam tanquam totidem folia Sibyllae ſunt: at verendum quam maxime, ne inania ſint haec vota, et omnes noſtri Codices promanarint ex illius Apographo, qui *Erotianum* tam miſere diſcerpſit. Iis igitur, quae ſuppetunt, adiumentis pro virili et *Hippocrati* et *Erotiano* prodeſſe conabor, atque indicare loca nonnulla, quae *Foeſii* diligentiam effugere: ac primo, vt ea, quae hactenus dixi, vlterius illuſtrem, ſubiungam Gloſſas e prognoſtico, vnde initium fecerat *Erotianus*, eo ordine, quo apud *Hippocratem* occurrunt, et quem *Erotianus* etiam in genuino opere tenuerat: ſingulis autem praepoſui paginas et lineas Editionis *Foeſii*, qua in citando ſemper vtar.

P. 36. 3. Λέγων.
8. Τολμᾷν.
37. 3. Ξυντεκμαίρεσθαι.
ib. Ἐπανέρεσθαι.
5. Λιμῶδές τι ἔχε αὐτόν.
21. Ὑποφάσιας.
29. Κάμπυλον.
41. Προπετής.
46. Ἀλυσμόν.
38. 7. Πνεῦμα.
19. Ἀπέδειξαν.
20. Εὐπετέστερον.
54. Ἄλλη κοιλίη.
39. 24. Λαπάσσουσαι.
55. Νείαιρα γαστήρ.
40. 1. Τρύζειν.
12. Λαπαρήν.
21. Φύσαν.
41. Νεφέλαι.
41. 31. Περιεστικόν.
43. 54. Εὐηθέστατοι.
44. 10. Ἀτρεκέως.
23. Κόσμου.
28. Ἀλλοφάσσοντες.
45. 24. Γαργαρεῶνες.
52. Πελάσῃ.
45. 55. Ὀρφνῶδες.
46. 18. Μαρμαρυγαί.
18. Καρδιώσσειν.
48. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ.

Hanc vero nefarius ille huius Lexici interpolator ita in ordinem

Ἀλυσμὸν) Mentis anxietatem, conſilii indigentiam, vt Homerus in quinto Iliadis, quum loquitur de Venere vulnerata, ſic dixit: Illa vero ἀλύȣσα diſceſſit, id eſt,

[2] ἔφατ' *MS. D.* [3] ἀπεβήτο *MS. D.*

ſmorum, t. 43. p. 400. v. 4. Mulier ἀμφιδέξιος ambidextra non fit. In cuius expoſitione Galenus inquit, Ambidextrum Euripides nominat ferrum vtrimque incidens. Περιδέξιον circumdextrum autem Homerus. Aſteropaeum ambabus manibus ſimiliter vtentem: ac ſi vtrimque dextrum dixiſſet. Eodem modo ἀμφιλαῦον ambilaeuum Ariſtophanes in Daedalo, vtrimque ſiniſtrum. Hipponax ἀμφιδέξιον ambidextrum dixit in hoc verſu: Ἀμφιδέξιος γάρ εἶμι, καὶ οὐχ ἁμαρτάνω κόπτων. *Ambidexter enim ſum, et non aberro percutiens.* Et in Exegeſi inquit Ἀμφιδέξιος, ambidexter, id eſt, vtraque manu, vt dextra vtens. Sic etiam apud Poetam περιδέξιος circumdexter. Sic Hipponax aiebat: Ambidexter enim ſum, et non aberro. Quidam ἀμφιδέξιον perperam intelligunt eam, quae in dextris vuluae partibus concepta eſt. Homeri locus ab Erotiano et Galeno adductus eſt in XXI. Iliadis. KUST. Inter aphoriſmos Hippocratis legitur, γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται. ST. Vide quae de hoc loco diximus ad Ariſtotelis Phyſiog. p. 29. not. 24.

n. Vide Act. IV. v. 780. ſq. οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον σίδηρον, ᾧ τό δ' ἅμμα λύσομεν δέρης. Scholiaſten ſequutus eſt Erotianus, qui ſic dicit: ἀντὶ τοῦ δίςομον ᾧ ἄν τις πρὸς ἀμφότερα τὰ μέρη δεξιῶς χρήσαιτο.

o. Vide Homer. Iliad. Φ. v. 163.

τῦ Ἱπποκράτυς λέγοντος, ὅτι γυνὴ κατ᾽ ἀμφότερα. τὰ μέρη τῦ σώματος ὐκ ἔςιν εὔχρηςος. [1] Ἡ γὰρ εὔχρηςος ἐν τῷ ἐνεργεῖν ἐςὶ, καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν. Ὁ δὲ Γλαυκίας φησὶν, ὅτι τὸ ἀμφιδέξιον ὕτω χρὴ ἀκύειν, ὡς εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς ὑςέρας ὐ γίνεται γυναικεῖον σῶμα, διὰ τὸ [p] τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὰ δε θήλεα ἐν τοῖς ἀριςεροῖς. Πλὴν ὐκ ὀρθῶς ἀπεφήνατο. Πῶς γὰρ [2] ἦν δίδυμα ἢ τρίδυμα γεννᾷν τὴν γυναῖκα;

[pp] [3] Ἀμόργη) ὡς ἐπίπαν ἡ ὑποςάθμη τῦ ἐλαίυ. Εἴρηται δὲ ὕτω καὶ ὁ [4] ὀρός.

[q] Ἀμαλδύνεται) ἀφανίζεται καὶ [5] ἀφαυρῦται. Ὡς ἐν β′ Γυναικείων φησὶν, [6] ὄμματα ἀμαλδύνεται.

[r] [7] Ἀρμῷ) ἡσυχῇ, [8] μικρῶς, ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν.

Ἀρυσ-

[1] *Videtur legendum: ὐ γὰρ εὔχρηςος St. firmat hanc lectionem Foeſ. in oecon. p. 42.* [2] ἦν *vulgg.* [3] ἀμόργης *MS. D.* [4] ὄρος *vulgg. Foeſ. in oec. p. 39.* ὀῤῥὸς *et recte, haec enim vox transfertur ad ſanguinis ſerum.*

p. Vide Hippocr. aphor. S. V. aph. 48. Gal. de vſu part. L. XIV. c. 7. Theophilum Protoſpath. de fabrica hom. L. IV. c. 30.

pp. Septimo aphoriſmorum, t. 45. p. 400. v. 7. de ſuppurato hepate ait: Si vero velut ἀμοργὴ, amurca fluat, pereunt. Quem locum ita exponit Galenus. Quod autem ἀμοργὴ amurcam omnes nominent faecem olei, et quod tali par eſt, eſſe incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique. Et libro de vlceribus, in deſcriptione cuiuſdam medicamenti p. 514. v. 42. De vino defuſo duas partes ſumito: et ἀμοργῆς amurcae olei quam ſicciſſimae partem vnam. Et paulo poſt v. 45. Poſtea admixta ἀμόργῃ amurca coquito. EUST.

q. Galenus in Exegeſi ait: Hoc vti ſolet pro obfuſcatur fere, et obſcuratur, vt in ſecundo de morb. mul. oculi ἀμαλδύνεται offuſcantur. Primo de morb. mul. p. 235. v. 15. Et ſemen amborum et maris et feminae ἀμαλδύνεται euaneſcit. Caluus vertit, langueſcit. Et L. II. p. 287. v. 1. Quum adeſt perfrigeratio, et ſpiritus offendens, et oculi ἀμαλδύνεται hebeſcunt, vt vertit Caluus: vel tabeſcunt et obſcurantur, vt vertit Interpres Germanus, L.

de

Hippocratem audire oportet dicentem: Mulierem non eſſe agilem, vt vtraque corporis parte vtatur. Εὔχερησος enim refertur ad agendum, quemadmodum multi homines. Glaucias vero ait, quod τὸ ἀμφιδέξιον intelligere ita oportet, quod in dextris vteri partibus muliebre corpus non gignitur, eo quod mas in dextris partibus, femina vero in ſiniſtris: verumtamen non recte demonſtrauit: quo enim modo fieri poſſet, vt mulier binos, vel ternos parere poſſet?

Ἀμόργη) vt plurimum ſedimen olei, (amurcam dicunt) aliquando etiam ſerum dicitur.

Ἀμαλδύνεται) deletur, et extenuatur: ſicut in ſecundo de morbis muliebribus inquit: Oculi ἀμαλδύνεται, id eſt, tabeſcunt.

Ἀρμῷ) quiete, paulatim, vt Pherecrates in metallicis.

 Ἀρυσ-

[5] *ἀμαυρεῦται MS. St. conſentit Chart.* [6] *ὄμματ' ἀμδύνεται MS. D.* [7] *Galeno ἀρμίως exponitur παραχρῆμα apud Hipp. ἀρμοῖ Chart.* [8] *MS. D. vocem μικρῶς ignorat.*

de ſemine p. 27. v. 48. Ceterum eunuchi propterea non coëunt, quia geniturae tranſitus ipſis ἀμαλδύνεται, ſublatus eſt. In cuius vocis expoſitione interpretes parum ſibi ipſis conſtant, et minus cum Erotiano conſentiunt. EUST. Heſ. non tantum explicat ἀφανίζεσθαι ſed et μαραίνεσθαι, tabefieri, marceſcere, languere.

r. Galenus in Exegeſi habet ἀρμίω et ἀρμίως, vt habent aliqui codices, ilico ſignificat, et eſt vox Dorica. Primo de morb. mul. p. 233. v. 47. Si vero menſes mulieri prodeant quidem, verum pauciores quam conuenit, vtpote oſculo vterorum paululum a pudendo emoto, aut ἀρμῷ nuper concluſo. Et infra p. 243. v. 18. Si vero curetur mulier ſuperſtes erit, ſi ἀρμῷ cito curetur. Sic legitur in Vat. cod. in impreſſis vero vtrobique habetur ἀρμοῖ. Quae expoſitio ab Erotiani ſenſu non parum diſcrepat. EUST. Apud Galenum habetur ἀρμίως, et exponitur παραχρῆμα, adſcribiturque linguae Doricae. Apud Hippocratem ἀρμοῖ ſaepe invenio, ſed et ἀρμῷ alicubi. Heſychius tamen non ἀρμῷ, ſed ἀρμοῖ exponit ἡσυχῇ. ST. Cf. Foeſ. in oec. p. 94.

[rr] Ἀρυσθέντι) ἀντληθέντι.

[s] Ἀπαυρίσκεται) [x] ἀπολλύεται.

[t] Ἀσκαρίζει) ἀντὶ τοῦ [u] σκαρίζει. Ὡς [a] ἄσαφις καὶ σαφὶς, ἄσαχυς καὶ [x] σάχυς.

[y] Ἀτεράμνοις) [3] δυσμεταβλήτοις.

Ἀναλ-

[x] *ἀπολύεται MS. D. hanc lectionem Foeſii coniectura firmat in oec. p. 70. aut ἀπόλλυται legendum.*

rr. Euſtachius et Foeſius nullum huic voci locum aſſignarunt, at reperitur de nat. pueri p. 244. 50. *ὅταν δὲ ἀρυσθέντι χρόνος ἐγγένηται, στάσιμον γίνεται καὶ θερμὸν ὁρᾶται.* Hinc enim *ἀρυσθέντι ἀντληθέντι* exponit, de quo nemo puto dubitauerit. HER.

s. Quarto de morbis p. 177. v. 35. Procedit potus in ventrem, a ventre autem in reliquum corpus *ἀπαυρίσκεται* expanditur. Caluus vertit, corpus ab eo haurit. Quae expoſitio Erotiani ſenſui ad amuſſim non quadrat. EUST. Foeſius et Euſt. male ad L. IV. de morb. p. 513. 48. retulere. Tu mecum refer ad p. 245. 30. *οὕτως μεθίησιν ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ' αὐτοῦ λεπτάς· καὶ πρῶτον ἀπαυρίσκεται ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν τῷ δενδρέῳ ἐνεούσης, ἐν ᾧ ἔγκειται.* Bene illa vertuntur: *radices in arborem demittit; primumque arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur.* Ἀπαυρίσκεται igitur hic eadem poteſtate adhibetur, qua *ἐπαυρίσκεται* ſemel iterumque hoc libro occurrit, vt p. 241. 55. *καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτοῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον: atque exiguo eius (lactis) puer fruitur.* Verum hinc multum abludit Erotiani expoſitio Ἀπαυρίσκεται· ἀπολαύεται: nihil enim facilius fuit, quam ΑΠΟΛΑΥΕΤΑΙ in ΑΠΟΛΛΥΕΤΑΙ corrumpi: et ſic Erotiani explicatio optime loco huic quadrabit. Similiter Suidas *ἀπηύρα· ἀφείλετο, ἀπέλαυσεν.* Eodem auſem modo vox adhibetur loco ſupra citato L. IV. de morb. *χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυρίσκεται,* tollenda inde propoſitio *ἐς*, et vertendum: *defertur potus in ventriculum, a ventriculo vero reliquum corpus attrahit, vel accipit.* HER.

t. Libro de nat. pueri p. 37. v. 45. Quando vero mulieri partus appropinquat, tunc puero ſe mouente, et manibus ac pedibus *ἀσκαρίζοντι* calcitrante, pelliculam quandam internam rumpi contingit. Caluus vertit, ſcarificando rumpit. Et p. 38. v. 25. Et puer plenus ac maturus

'Αρυσθέντι) exhaurienti.

'Απαυρίσκεται) diſſoluitur.

'Ασκαρίζει) idem eſt quod σκαρίζει, ſaltat vel calcitrat; vt ἄςαφις, ςαφὶς, quae vuam paſſam, ἄςαχυς, ςάχυς, quae ſpicam ſignificat.

'Ατεράμνοις) his, quae difficulter mutantur.

'Αναλ-

[2] *ἄσαφις MS. D.* [3] *ἰδυσμεταβλήτοις vulgg. ex operarum errore.*

rus ſi exiſtat, copioſius alimentum deſiderans, ἀσκαρίζει calcitrat. Caluus vertit, ſeſe agitat, et v. 30. Quae vero menſes paucos demittunt, hae etiam pueris poſtremo tempore, vbi iam maturi fuerint, alimenti rarius exhibentes, ipſos ἀσκαρίζειν calcitrare faciunt. Caluus vertit, vti agitentur. Et rurſus v. 48. Vberius itaque praeſente alimentum puer quaerens, ἀσκαρίζει calcitrando pelliculas diſrumpit. Caluus vertit, non quieſcit. Vt mihi videtur, haec vox in citatis locis, pro calcitrare appoſitiſſime ſumitur; quamuis moueri, ſaltare, ſcalpere etiam ſignificet. EUST.

u. Hipp. περὶ Φύσιος παιδὶυ non procul a fine; ὁπόταν ἁδρὸν ἔη τὸ παιδίον, ποθέον πλείονα τῆς ὑπαρχȣ́σης τροφῆς, ἀσκαρίζει καὶ τȣ̀ς ὑμένας ῥήγνυσι. In eodem libro κινεῖσθαι et ἀσκαρίζειν copulauit, ξυμβαίνει τότε τῷ παιδίῳ κινεομένῳ καὶ ἀσκαρίζοντι χερσί τε καὶ ποσί. ST. Foeſ. et Ad. Heringa eumdem locum laudant. v. oecon. in hac voce et Obſeruatt. critt. p. 10.

x. Apud Hippocr. περὶ αέρων, ὑδάτων, τόπων pro ἀναλθέες ex hoc loco reponendum fortaſſe ἀναλδέες, vbi ſcribit, οἵτε καρποὶ γινόμενοι αὐτέοι πάντες ἀναλθέες εἰσὶν, κατατεθηλυσμένοι καὶ ἀτελέες ὑπὸ πολυπληθείης τȣ̃ ὕδατος. Nam ἀναλθὴς eſt potius incurabilis, inſanabilis, ab ἄλθω, quamquam Heſychius vult ἀλθαίνω quoque ſignificare αὔξω. ST.

y. Galenus in Exegeſi, ἀτεράμνα exponit, difficilia ad concoquendum, et dura: qua voce Hippocrates in libro de aëre, aquis et locis ſaepe vſus eſt p. 75. v. 14. Haec itaque diligenter oportet perſcrutari: ac ſimul quomodo circa eam habeant aquae: numne paluſtribus vtantur et mollibus, aut duris, et ex ſublimi loco prolabentibus, et ſcaturientibus ex petris, ſiue ſalſis, et ἀτεράμνοισιν crudis. Et parum infra in ea parte, quae ad finem libri de vulne-

[z] Ἀναλδέες) ἀναυξεῖς.

[a] Ἄναλκες) ἔνιοι μὲν τὸ ἄνανδρον καὶ ἀδύνατον· βέλτιον δέ ἐστιν ἀκούειν τὸ ἀβοήθητον. Ἀλκὴ γὰρ παρ' αὐτῷ λέγεται ἡ βοήθεια.

Ἀράβη) ἡ βλάβη.

[1] Ἀργά) [b] [2] ἀγύμνασα ἢ λευκά.

[c] Ἀήρ) τετραχῶς λέγεται, ὅ, τε κοινῶς φαινόμενος καὶ λεγόμενος· [3] ἥ τε ὁμίχλη καθ' ὃ λέγεται παρ' Ὁμήρῳ, — — ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ [4] βαθεῖη· Οὐ δὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε, καὶ τὸ ἐν ἡμῖν δὲ πνεῦμα, καὶ ἡ δι' ἕδρας δυσώδης πνοή.

Ἀναΐσ-

[1] *ἀργῷ MS. D.* [2] *ἀγύμνασαι MS. D.*

vulneribus capitis appoſita eſt, p. nempe 453. v. 5. Homines autem vegetos et ſiccos eſſe neceſſe eſt: et plures ventres infernos *ἀτεράμνους* crudos et duros habere, ſupernos vero fluidiores. Et v. 19. Ex mulieribus vero, primum quidem multae ſteriles fiunt propter aquas, quae durae ſunt, ac *ἀτέραμνα* crudae et frigidae. Et iterum v. 22. Vbi vero pepererint, pueros nutrire non poſſunt: lac enim ab aquarum duritie et *ἀτεραμνίης* cruditate exſtinguitur. Et p. 454. v. 38. de aquis. Quaecunque vero ſalſae et *ἀτέραμνα* crudae et durae ſunt, ad hoc quidem vt omnes bibant, non bonae ſunt. EUST. Heſych. *τὸ μὴ ἐνδιδοῦν, σκληρὸν*, explicat, quod *τῷ ἁπαλῷ* oppoſitum eſt.

z. Galenus in Exegeſi habet *ἀναλδὲς*, et dicit ſignificare id, quod non nutritur, et non augetur: quem locum nonnulli in annotationibus in eum librum conſcriptis, deprauatum eſſe putant: et ex eo, qui de aëre, aquis et locis inſcribitur, ita emendandum, vt pro *ἀναλδὲς*, legatur *ἀναλθὲς*; immemores ſe ſcripſiſſe in annotationibus Erotiani, in hoc ipſo libro Hippocratis *ἀναλθεὲς* mendoſe legi: et pro eo reſtitui debere *ἀναλδεές*. Vnde vnicuique patet, eos magna cum inconſtantia falli. Sic autem Hippocrates in libro cit. p. 77. v. 16. de Phaſi fluuio verba faciens, ſcribit: Fructus autem, qui illic naſcuntur, omnes *ἀναλθέες* inſalubres ſunt. Pro qua voce num reponi debeat *ἀναλδέες*, aliis inquirendum relinquo. EUST. Vide Foeſ. in oec. p. 49.

a. Libro de aëre, aquis, locis, p. 77. v. 33. Propter quas ſane cauſas, *ἄναλκες* imbelle et effeminatum vniverſum Aſianorum genus exiſtit.

Ἀναλδέες) quae non creſcunt.

Ἄναλκες) nonnulli effeminatum et imbecillum. Melius eſt autem hoc intelligere de eo, cui auxilium praeſtari non poteſt. Ἀλκὴ enim apud ipſum auxilium dicitur.

Ἀράβη) detrimentum.

Ἀργὰ) quae inexercitata ſunt, vel alba.

Ἀὴρ) aër quatuor modis dicitur: et qui omnibus communiter ſplendet, et aër caliginoſus, vt eſt apud Homerum: Ἀὴρ enim apud naues profundus, neque Luna e caelo fulgebat. Dicitur et ſpiritus in nobis: et per ſedem graueolens flatus.

Ἀναίσ-

[3] ἦτε vulgg. *Verba καθ' ὃ vſque προῦφαινε vncinis incluſa ſunt apud Steph.* [4] *βαθείην MS. D.*

ſtit. EUST. Heſ. quoque exponit ἀδύνατον, ἀσθενὲς, ἄνανδρον.

b. Eodem redit Heſychii explicatio, qui βραδὺν, μιλλὸν tardum, hebetem hac voce innui dicit.

c. In tertio de humor. t. 8. p. 116. v. 35. Quum igitur et ἀὴρ aër ſic proceſſerit, pro quo Germanus interpres, et quidam alii, ver tranſtulerunt. Caluus vero aër, et quidem recte, vt iudico. Secundo de morbis mul. p. 269. v. 22. Si vero ad cor progreſſi vteri ſuffocent, et ἀὴρ aër impeditus violenter attrahatur, anxia eſt. Libro de morbo ſacro p. 125. v. 19. Calcitrat autem pedibus, quum ἀὴρ aër in membris concluſus fuerit. Et libro de flatibus p. 118. v. 22. Ac ſpiritus quidem, qui in corporibus ſunt, flatus vocantur: qui vero extra corpora exiſtunt, ἀὴρ, aër. Et p. 119. v. 36. Hiatus etiam praecedere ſolet febres: ſiquidem multus ἀὴρ aër coaceruatus, cumulatim ſuperne petens, commouet, ac diducit os. Ceterum, licet haec vox frequenter apud Hippocratem reperiatur: pro graueolenti flatu per ſedem emiſſo ab eo vſurpatam nuſquam legi. Locus autem Homeri, quem citat Erotianus, eſt in nono Odyſſeae: Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν, Οὐδὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε. *Aër enim iuxta naues profundus erat. Neque Luna e caelo ſplendebat.* EUST. Locus Homeri Odyſſ. ι. v. 144. ſq. ſic legitur et ſic legendus eſt, (vt habet Euſtachius). Sed legitur περὶ, non παρὰ in vulgatis editionibus. 'ST. Cf. Foeſ. in oecon. p. 7.

d [1] Ἀναΐσσοντος) ἀνορμῶντος. Ἀΐσσειν γὰρ τὸ ὁρμᾶν λέγεται.

Ἄλαζονες) εἴρηται [2] παρὰ τὸ ἄλῃ ζῆν. e [3] Ἄλη δὲ ἡ πλάνη. Καὶ Ἀλήτην, τὸν πλανήτην. Λέγονται δ᾽ οὕτως καὶ οἱ ψεῦσαι.

f [4] Ἀντεόνθεον) τὸν βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἄνθρωπον. [5] Ἀντίον δ᾽ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα. Ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρα λέγων, τὸν δὲ ἄντεον περιδινέοντα οὐχ ὁρᾶτε, καὶ δεῖμα προσπνέοντα ἀντίας θεοῦ.

g Ἀλάστορες) Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φονεῖς φησὶν, ἐκ [6] τῆς Εὐριπίδου Μελανίππης, λέγοντος, Ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν. Ἔνιοι [7] δὲ τοὺς ἀνόσιόν τι καὶ μιαρὸν ἐργασαμένους, κἂν μὴ ὦσι φονεῖς, οἷον h [8] ἄλιστά τινα καθ᾽ ὁδοὺς διαπραττόμενοι. Παρὰ τὸ [9] Ἀλητεῖν καὶ αὐτοὶ, ὅπερ ἐστὶν ἁμαρτεῖν.

Αἰό-

[1] *vulgg. quae alium ſeruant ordinem:* ἀναΐσσει, ἄνορμα, ἀναΐσσοντος ἀναρμοῦντος. *Reliqua autem ab* ἀΐσσειν *non habent, neque in* ἀΐσσειν. [2] ἀπὸ ἄλης ζῆν *MS. St. conſentit Chart.* παρὰ τὸ ἄλλης *MS. D.* [3] ἄλλη *MS. D.* [4] ἀντέονθεα *Chart. qui hoc vocabulum corruptum cenſet.* [5] ἀντέον *MS. St. et hanc lectionem ex Sophocle firmari Foeſ. aſſerit. conſ. Iunt. et Euſt.*

d. Secundo progn. t. LXX. p. 406. v. 33. de doloribus lumborum. Si vero ἀναΐσσοντος aſſiliente ad ſeptum tranſuerſum morbo, alia ſigna non mala acceſſerint, hunc ſuppuratum fore multa ſpes eſt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, prorumpat. Alii aſcendente. EUST. Foeſ. magis ad locum de morbo ſacro refert p. 122. 19. τοὺς δὲ καὶ ἀναΐσσοντάς τε καὶ φεύγοντας ἔξω, ideoque pro ἀναΐσσοντος ἀναΐσσοντας legendum cenſet p. 46.

e. Vnde haec vox quoque de agyrtis vſurpatur, apud Hipp. de morbo ſacro p. 122. 22. v. Foeſ. p. 26.

f. De ἀντέονθεον nihil memini me apud Galenum legere, et corruptum ſuſpicor eſſe vocabulum. ST. Foeſius ad locum Hipp. de morbo ſacro p. 123. 25. reſpici putat, vbi pro ἀθεώτατον ἀντεόνθεον legit Erotianus.

g. Ga-

Ἀναΐσσοντος) irruentis, ἀΐσσειν enim idem eſt, quod irruere.

Ἀλαζόνες) dicuntur eo quod cum errore viuant. Ἄλη autem error; et ἀλήτης errans, quo etiam nomine mendaces appellantur.

Ἀντεόνθεον) hominem, quem damni alieni auctorem futurum ſuſpicamur. Ἀντέον autem veteres continentem appellabant, vt eſt apud Sophoclem in Clytaemneſtra: Nonne vidiſtis hunc ἄντεον obuerſantem, et metum ſpirantem ἀντέας, id eſt, continentis Deae.

Ἀλάστορες) Bacchius quidem in primo libro homicidas interpretatur, ex Euripide in Melanippe. Fortaſſe ἀλάστορας, id eſt, homicidas non auſa eſt interficere. Nonnulli vero eos, qui impium quoddam ac ſceleſtum patrarunt, quamuis homicidae non ſint, quemadmodum committentes quaedam, quae erroris plena ſunt, circa itinera, eo quod, haec vox deriuetur παρὰ τὸ ἀλητεῖν, quod eſt peccare.

Αἰό-

[6] *τῆς ἐν Εὐριπίδου MS. D.* [7] *δὲ τοῦ MS. D.* [8] *ἀλιστὰ vulgg. ἄληστα Chart. ι in η mutato. Foeſ. vero ἄλαστα, vel ἄληστα legendum cenſet.* [9] *Potius ἀλιτεῖν legi debere exiſtimat Foeſ. quod ſignificat delinquere et ea peccare, quae veniam non mereantur, vt ſit ἀλιτῶ, λιτῆς καὶ ἱκεσίας στεροῦμαι, venia aut ſupplicatione priuor.*

g. Galenus in Exeg. dicit, hanc vocem ſignificare, et homines, qui iniqua committunt: et Deos vindices poenas de his ſumentes. Libro de morbo ſacro p. 123. v. 27. de iis, qui huius morbi cauſas ad Deos referunt: inquit. Expiant enim morbo correptos ſanguine, itemque aliis ſceleribus inquinatos, aut ἀλάστορας nefarios, vt Caluus vertit, vel iniuſtos, vt Germanus interpres. EUST. V. Foeſ. in oec. p. 26. Huius vocis expoſitionem dat Scholiaſt. ad Euripidis Phoeniſſas v. 1550.

h. Videtur ἄλαστα ex Graecis lexicographis eſſe reponendum, et certe melius etymologiae conuenit haec lectio. Niſi forte per η quiſpiam legere malit ἄληστα, quod ſequatur ἀλητεῖν, vt dicamus α in η eſſe mutatum. ST.

[i] [1] Αἰόνησις) καταντλησις. Βακχεῖος δὲ φησι προσκλυσις.

[k] [2] Αἰθόλικες) [3] αἱ παρὰ τὴν ἐπιφανείαν τοῦ σώματος γινόμεναι φλύκταιναι, εἴτε ὑπὸ πυρὸς ἢ ἄλλης αἰτίας, ἀπὸ τοῦ αἴθειν ὠνομασμέναι. Ἄλλοι δὲ αἰθόλικας εἶπον, τὰ στρογγυλούμενα κατὰ τὴν ἐπιφανείαν φύματα. Ταῦτα δὲ ὑπὸ θερμοῦ μὲν γίνεται, ὑπὸ ψυχροῦ δὲ ἀποκρούεται. Τοῦτο δὲ Ἱπποκράτης οὐ βούλεται λέγειν. Τὸ γὰρ θερμὸν οὐ γίνεται στρογγύλον, ἐὰν μὴ ἄγαν ἐκζέσεις ᾖ, κᾂν τοιοῦτον ᾖ, οὐ γίνεται στρογγύλον, ἀλλὰ μᾶλλον [4] σκληρύνει. Ἔνιοι δὲ εἶπον τὰς κατὰ τὴν ἐπιφανείαν ἐκζέσεις, ἃ δὴ ὡς ἐπίπαν στρογγυλοῦνται. Γλαυκίας μέντοιγε ἀγνοήσας, οὐκ ὀλίγως γέγραφε, λέγων αἰθόλικας εἶναι τὰ ἐν τοῖς θερμολουσίοις ἐπανιστάμενα [5] ἐρυθήματα.

[l] Ἄλητον) ἄλευρον.

Ἀλέ-

[1] πρόσκλησις *MS. D.* [2] *apud Chart.* αἰθύλικες *ex Gal. inde* αἰθυλικώδεα. *Heſych. habet* ἄτυκας. [3] αἱ περὶ *MS. St. conſentit Foeſ.*

i. Libro de humidorum vſu p. 112. v. 13: de aqua. Cutis ipſa ſuperne exulceratur calidae αἰονήσει aſperſione, ſic vertit Germanus interpres. EUST. v. Foeſ. p. 13.

k. Aliqua exemplaria habent, αἰθάλικες. Galenus in Exeg. habet αἰθύλικες. Significantur autem, vt ipſe exponit, hac voce circuli in ſumma cute ſimiles circulis rubentibus, quos ignis excitat: quam ego apud Hippocratem non inuenio, ſed θολικὰς in Libro de vſu humidorum, p. 113. v. 40. de papulis verba faciens: In carnoſis vero et tenera carne praeditis, ſubrubicundae ſunt: in nigris autem rotundae θολικὰς λέγουσι, hoc eſt, vt Germanus interpres vertit, dothienes, id eſt, furunculi, appellatae: et quales in ipſis calidis lauacris oboriuntur: quod videtur comprobare Glauciae opinionem ab Erotiano confutatam. Et praeterea haec verſio ſuſpecta videtur, quia δοθιήν, quem deſcribit Paulus L. IV. c. 23. et Galenus quinto de compoſitione medicamentorum ſecundum locos c. 7. et tertio de humoribus com. t. 26. mihi videtur differre a θολικαῖς deſcriptis ab Hippocr. in L. de.

Αἰόνησις) fomentum ſeu exhauſtio. Bacchius vero inquit prouocatio.

Αἰθόλικες) quae in corporis ſuperficie naſcuntur puſtulae, ſiue ab igne, ſiue ab alia quauis cauſa, ἀπὸ τῦ αἴθειν, id eſt, ab vrendo, nominatae. Alii autem αἰθόλικας dixerunt rotunda in corporis ſuperficie tubera: haec autem ex calore gignuntur, frigore vero expelluntur. Sed hoc non vult dicere Hippocrates. Calidum enim non fit rotundum, niſi valde feruidum ſit; et quamuis eiusmodi ſit, non fit tamen rotundum, ſed potius obdureſcit. Nonnulli vero dixerunt bullas, quae in ſuperficie naſcuntur, quae ſane vt plurimum in rotundum tendunt. Glaucias vero, quum rem totam ignoraret, non pauca ſcripſit, dicens αἰθόλικας rubores eſſe, qui ex calidis lauacris naſcuntur.

Ἄλητον) farina.

Ἀλέ-

4 *σκληρύνει, haec vox cum ſequentibus vſque λέγων deeſt in MS. D.* 5 *ἐκθύματα Foeſ. ex coniectura.*

L. de vſu humidorum. EUST. Apud Galenum legitur αἰθύλικες et inde deriuatum αἰθυλικώδεα. Heſychius autem habet αἴθοκας. Sed Erotiani lectioni plures aſſentiuntur. ST. Vide Foeſ. in oecon. p. 10. et Gorr. in def. med. p. 10.

l. Secundo de morb. mul. p. 264. v. 24. Sunt autem ex ſorbitionibus hae commodiſſimae, panicum, lenticula, ἄλητον farina horni, vt Germanus interpres vertit, ſimila, Caluus, et p. 288. v. 6. Et ἄλητον farinam ſorbendam dato. Secundo de morbis p. 144. v. 45. A vomitu quidem bibat ἄλητον farinam trimeſtris tritici in aquam inſperſam. Et p. 146. v. 39. Foris autem ceruicem et maxillas ἀλήτῳ farina calida in vino et oleo cocta integito. Et p. 156. v. 3. Et ἄλητον farinam ac fauum inſpergat. Libro etiam quarto p. 178. v. 3. Si quis Cyceonem biberit, aut ἄλητον farinam coctam ſorbuerit. Et v. 7. eadem repetit. Secundo de morbis vulgaribus, ſect. 6. p. 318. v. 13. Sin minus ἄλητον, farinam quam calidiſſimam dato. Vtitur etiam hac voce alias in eadem ſectione. Alia exempla habentur, Libro de affectionibus p. 181. v. 33. Secundo de diaeta p. 92. v. 41.

[1] Ἀλέξαϑαι) βοηϑῆσαι. Ὅϑεν καὶ τὸ ἀλεξιφάρμακον.

Ἄρδει) βρέχει.

[m] Ἀνακῶς) [2] ἐπιμελῶς, καὶ περιπεφυλαγμένως· ἔστι δὲ ἡ λέξις Δωρική.

[n] Ἀῤῥοίη) [o] [3] ἀῤῥωστία.

[p] Ἀπεσυριγγώϑη) ἀπεφυσήϑη, καϑάπερ αἱ πνευματέμεναι σύριγγες.

[q] Ἀργέμον) πάϑος τὶ περὶ τοὺς ὀφϑαλμοὺς λευκωματῶδες· ὃ δὴ ἐκ τῆς παρεπομένης λευκότητος ὠνομάϑη.

[r] [4] Ἀψυχέειν) λειποϑυμεῖν.

[s] [5] Ἀρτίων) Βακχεῖος μὲν ἐν τῇ τρίτῃ [6] φασὶν, [7] ἀρτηριῶν κοινῶς. Ἐπικλῆς δὲ καὶ Λύκος ὁ Νεαπολίτης τὰ

[1] ἀλέξασαι, vulgg. ex operarum vitio. [2] ἐπιμενῶς vulgg. [3] mendum ſuſpicatur Chart. quum ἀῤῥοίη potius ſignificet ἐποχὴν ἐμμήνων quam ἀῤῥωστίαν. [4] ἀψυχεῖν vulgg.

Libro de fiſtulis p. 518. v. 41. et p. 519. v. 22. EUST. v. Foeſ. in oec. p. 29.

m. Galenus in Exeg. interpretatur, caute. EUST.

n. Galen. in Exeg. ἀῤῥοίας dicit eſſe menſtruarum purgationum ſuppreſſiones. EUST.

o. Apud Hipp. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνϑρωπον inuenio ἀῤῥοίην, ſed quod videtur, potius ἐποχὴν ἐμμήνων quam ἀῤῥωστίαν ſignificare. Ac certe Erotianum ita ſcripſiſſe vix credo. ST.

p. Foeſius locum ex Hipp. de loc. in hom. p. 66. 48. reſpici cenſet, et de auribus accipit, quae velut inflatae fiſtulae flatu impletae ſunt, hoc eſt in fiſtulam verſae. v. eius oec. p. 85.

q. Ex iis, quae Erotianus ſcribit, coniicio Hippocratis codices, in libro de locis in homine, p. 67. v. 45. eſſe deprauatos, ibi enim de oculorum affectibus tractatur, et mendoſe legitur. Si autem ἄρ' ἐπῇ γέμον, ſeu ἄρ' ἐπηγέμον, id eſt, vt interpres Germanus vertit, humoribus plenus fuerit, lacrymare oculo conducit. Pro quo legendum eſt: Quum vero ἄργεμων, hoc eſt affectio oculi alba colore fuerit, lacrymare oculo conducit. De hac oculorum affectione, ἄργεμον dicta, meminit Auct. definit. medic. et Auct. introductorii c. 15. et Paul. Aegin. L. III. c. 22. et Actuar. L. II. c. 7. In tractatione de nothis, adiectis ad finem

Ἀλέξαϑαι) auxiliari, ſuccurrere, vnde et τὸ ἀλεξιφάρμακον, cum auxilio remedium.

Ἄρδει) irrigat.

Ἀνακῶς) diligenter et caute. Eſt autem haec vox Dorica.

Ἀῤῥοίη) imbecillitas.

Ἀπεσυριγγώϑη) quod ad ſummum intumuit, quemadmodum fiſtulae inflatae.

Ἄργεμον) affectio quaedam in oculis, alba colore, quae ſane a ſequenti albedine nominata eſt.

Ἀψυχέειν) animo deficere.

Ἀορτέων) Bacchius quidem in tertio inquit: De arteriis communiter haec vox intelligitur. Epicles autem et

[5] *ἀορτέων MS. St. et hanc veram lectionem etiam tuetur Foeſ. aeque ac Euſt. et ſic quoque in vulgg. ordinem litterarum ſeruantibus.* [c] *Φησὶν MS. D. et Foeſ. ac vulgg.* [7] *ἀρτερίων MS. D.*

nem primi libri de morb. mul. p. 300. v. 48. πρὸς Ἄργημον, ad Argemon oculi vlcus legitur, non πρὸς ἄργεμον. EVST. Vide Foeſ. p. 90.

r. In Exegeſi, ἀψυχεῖ animus deficit, et ἀψυχίη, defectio animi. Primo prorrh. com. 3. t. 20. p. 411. v. 36. In his etiam ſpumoſae mictiones, vna cum ἀψυχίῃ, animi deliquio, pro qua voce, vt teſtatur Galenus in com. Dioſcorides ἀποψυχῇ animo defecerit, ſcribendum eſſe cenſuit. EVST.

s. In Exegeſi, ἄορτον eſt pars pulmonis, ſeparata ab vtraque parte, vt in libro de morbis maiore; in quo hanc vocem reperire non potui; ſed libro de locis in homine, p. 68. v. 23. ita ſcribitur: Tabes autem fit, quum in idem, vel in ſuppurato, fluxio fit per guttur, et appendentes pulmonis partes, appellatas ἀορτέων, aortas; quae pulmonem et guttur coniungunt. Et p. ead. v. 26. Et in ἀορτῇσιν aortis id quod influit detentum, vtpote quum anguſta habeant foramina τὰς ἀορτὰς aortae, pro qua voce, venas Caluus perperam vertit. Sumi autem etiam pro arteriis et venis cordis, ex iis, quae libro de corde p. 55. v. 47. ſcribit, clare patet; vbi de pelliculis cor claudentibus verba faciens, inquit: Hae mihi nerui ipſius viſceris, et vaſorum principia, ἀορτῇσιν, aortis eſſe videntur. Et p. ead. v. 49.

τὰ ἐν τῷ πνεύμονι καὶ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ [1] βρογχία φασὶν οὕτω καλεῖσθαι. Βέλτιον [2] δέ ἐστιν [3] ἀρτηρίας ἀκούειν, ὡς Βακχεῖος εἶπεν, οἷον ἀεροτῆρας τινὰς οὔσας, κατὰ ἐθνικὴν στοιχείων ἐναλλαγὴν, οὕτως ὠνομάσθαι φησίν.

[t] *Ἄρθρα) ἰδίως τὰς συμβολὰς τῶν ὀστῶν ἄρθρα καλεῖ, δι᾽ ὧν φησὶν, Αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά· ὁκόσα γὰρ ὀστέοισι ξυμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι. Ποτὲ δὲ ἑκάτερον μέρος ὀστέου τὸ μέλλον συμβάλλεσθαι, ὅταν λέγῃ, Ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα [4] δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλούμεναι.*

[u] *Ἀπτίστων) ἀλεπίστων. Πτίσσειν γὰρ λέγεται τὸ λεπίζειν καὶ κόπτειν.*

Ἀρα-

[1] *βροχία MS. D.* [2] *δ᾽ ἐστὶ ἀρ. vulgg.*

v. 49. Et qui rei intelligentes ſunt, admirantur; quomodo oſcula, et *ἀορτέων* aortarum fines claudunt. EUST. Vide Foeſ. in oec. p. 66.

t. Loca ab Erotiano citata ſunt in libro de loc. in hom. p. 65. v. 26. 29. Ex quibus elicimus, poſſe nos id os, quod proximum ſua concauitate ſuſcipit, articulum appellare, licet Galeno aliter videatur, recte, ſecus ne, poſtea iudicabis. Secundo de fracturis, t. 51. p. 462. v. 2. Facile iam eſt, *τὸ ἄρθρον* articulum reponere. Et libro tertio, t. 52. p. 469. v. 49. Nam femoris *ἄρθρον* articulus pro magnitudine expeditior eſt, quam brachii. Et t. 54. p. 470. v. 2. Brachii vero *ἄρθρον* articulus magnus eſt. Et t. 56. p. 470. v. 6. At cubiti oſſa inaequalia ſunt: et quod breuius eſt, multo craſſius eſt: quod vero tenuius eſt, multum ſuperat et excedit *ἄρθρον* articulum. Primo de artic. t. 1. p. 472. v. 15. Humeri vero *ἄρθρον* articulum vno modo luxari noui. In quorum locorum expoſitione Galenus aſſerit articuli nomine ab Hippocrate appellari, aut ipſam oſſium coniunctionem, aut ex oſſibus, quae inter ſe committuntur, non cauum proximi oſſis caput, vel extremum recipiens, ſed os, alterum ſubiens. Et praeterea quarto de articnlis t. 16. p. 495. v. 30. haec verba exponens. At vero quibus tibiae oſſibus *ἐξαρθρήσαντα* luxatis, ac vlcere inducto *ἄρθρα* articuli circa pedem penitus eminent. Hippocratem reprehendit, quod oſſa cruris *ἐξαρ-*

θρεῖν

Lycus Neapolitanus dicunt bronchia pulmonis, et aſperae arteriae ſic appellari. Melius autem eſt intelligere arterias, vt Bacchius dixit, quaſi *ἀεροτηρίας τινὰς*, id eſt, vaſa quaedam ſpiritum in ſe ſeruantia, ſecundum vulgarem literarum mutationem ſic nominatas eſſe dicit.

Ἄρθρα) proprie oſſium coniunctiones appellat his verbis. Manus autem *ἄρθρα*, id eſt, iuncturas, ſeu articulos habet multos. Quaecumque enim oſſibus committuntur, omnia articulos faciunt, aliquando autem vtraque pars, hoc eſt, os, ex quo articulus confici debet, vbi dicit: In coxendicibus *ἄρθρα* duo ſunt, quae *κοτύλαι*, id eſt, acetabula appellantur.

Ἀπτίςων) ſine ſquama, ſeu cortice. *Πτίσσειν* enim dicitur decorticare, et contundere.

E 3 Ἄρα-

[3] *ἀπορίας MS. D.* [4] *δύω Foeſ.*

θρεῖν luxari, parum appoſite dixerit: quum id de talo potius fuiſſet dicendum. Quam tamen obiectionem eo in loco et ſecundo de fract. t. 51. paruipendit, et Platoni ſubſcribens aſſerit, nominum diſceptationem, dummodo error nullus accidat, eſſe prorſus reiiciendam, memor fortaſſe ſe quoque cum prioribus anatomicis eo nomine abuſum fuiſſe, quando in octauo de vſu part. c. 14. epiphyſim cerebri vermiſimilem multipliciter eſſe articulatam dixit. Ceterum numquid Hippocrates in aliis ſuis libris articuli nomen oſſium concauitatibus accommodaverit, tu ipſe inquires. Et ſi alia exempla deſideras v. lib. de arte p. 3. v. 33. L. de carnibus p. 41. v. 39. Primo de morb. mul. p. 244. v. 1. Secundo de morb. vulg. ſect. 3. p. 315. v. 30. et p. 316. v. 1. Et libro IV. de ſene in lapideis veſtibulis p. 333. v. 17. Et lib. V. de Eumelo Jariſſaeo p. 337. v. 48. Ac L. VI. com. 1. t. 12. et 16. et 17. p. 343. v. 30. et 37. et 38. Lib. de iudicat. p. 387. v. 12. Septimo aphor. t. 63. et 64. p. 400. v. 31. Tertio de artic. t. 45. p. 485. v. 44. KUST. Cf. Foeſius, qui fuſius p. 92. omnia explicat.

u. Galenus in Exeg. integrorum, in integras farinas diuiſorum, imperfecte fractorum, parte furfuracea non ſecreta. Hinc coniicio nomen ptiſanae ductum eſſe; nam Erotianus ait, *πτίσσειν* enim dicitur decorticare et contundere. Lib. de vet. medic. p. 8.

[x] Ἄραδον) ταραχώδη κίνησιν καὶ σάλον.

Ἀσκητέον) ἀθλητέον. Τοὺς γὰρ ἀθλητὰς Ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν.

[y] Ἀκέσιας) τὰς [1] ἰάσεις. Καὶ Ἀκεστὰ, τὰ ἰάσιμα. Καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὰς ῥαφίδας Ἀκεστρίας καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι καὶ [2] ὑγιᾶ ποιεῖν τὰ ἱμάτια.

Ἀδιαῤῥοίη) ἡ τῶν διαῤῥεόντων παντελὴς ἐποχή.

[z] [3] Ἀγαθῶς) συμφερόντως.

Ἀθέλ-

[1] *ἰάμασεις vulgg.* [2] *ὑγιῆ MS. D.*

p. 8. v. 21. de differentia panis ἢ ἀπτίστων πυρῶν ἢ ἐπτισμένων, et ex tritico non decorticato, aut decorticato, et multa aqua ſubacto. Secundo de diaeta p. 92. v. 5. Eius ſignum habebis, ſi velis hordeum ἀπτίστους non purgatum coquere; purgat enim is ſuccus fortiter: ſi vero ἐπτισμένους decorticatum coxeris, perfrigerabit magis, et aluum ſiſtet. Lib. de vet. med. p. 5. v. 36. de inuentione panis. Ex tritico igitur macerato, et πτίσαντες a cortice purgato, molitoque ac cribrato, et ſubacto ac aſſato, panem fecerunt. EUST. Heſych. ἀκόπα, μὴ κεκομμένα. cf. Theophr. de cauſis plant. L. IV. c. vlt.

x. Quarto de morb. p. 177. v. 43. Mitiora vero ἄραδον turbulentum corporis motum faciunt. Primo de rat. victus acutorum, t. 18. p. 369. v. 11. de ptiſana. Neque adſtrictionem habet, neque ἄραδον turbationem malam. Et libro quarto t. 94. p. 382. v. 38. Lens adſtringit, et ἄραδον turbationem inducit. In cuius loci expoſitione Galenus inquit: Dictum eſt autem ἄραδον ſignificare turbationem quamdam, ac veluti pugnam, quae in ventre ex eduliis diſcrepante facultate praeditis excitatur. Lib. de vet. med. p. 9. v. 6. Sin autem eſt calidum quoddam acerbum exiſtens, aliud vero calidum fluidum, aliud calidum ἄραδον tenue. Sic vertit Germanus interpres, ſequutus Phavorinum: non vehemens; Caluus, ſed vterque, vt iudico, perperam. EUST. Galenus ait ἄραδον eſſe tumultum quemdam et velut pugnam, quae excitatur in ventriculo ex cibis, quorum ſunt diuerſae facultates. Apud Hippocratem tum alibi, tum ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, nomen hoc legitur; vt quum ſcribit, καὶ οὔτε σύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακόν. Ibidem circa finem libri, φακὸς δὲ σύφει, καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ἢν μετὰ τοῦ φλοιοῦ ῇ.

ʹΑρᾳδον) turbulentum motum, et maris aeſtum.

ʹΑσκητέον, ἀθλητέον) id eſt, certandum. Athletas enim ἀσκητὰς Attici dicunt.

ʹΑκέσιας) medelas, et ἀκεςὰ, medicabilia, et Attici acus ἀκεςρίας appellant, eo quod medeantur, et quaſi ſana faciant veſtimenta.

ʹΑδιαῤῥοίη) diffluentium exacta retentio.

ʹΑγαθῶς) vtiliter.

[3] ἀλαθῶς *vulgg. ex operarum vitio.*

ῆ. In quos locos etiam Galenus eam quam dixi explicationem annotat. ST. Heſ. ἡ ἀπὸ τῶν γυμνασίων τῆς καρδίας κίνησις.

y. Galenus in Exegeſi exponit ἀκεςὰ, quae curationem admittunt: ſiquidem ἄκη medicamenta ſunt. Primo de humor. t. 12. p. 114. v. 33. ἄκη medela, declinatio. Tertio de artic. t. 103. p. 493. v. 26. Oportet enim ἀκεςὰ curabilia ita tractare, vt ne ἀνήκεςα incurabilia fiant. Et v. 29. Siue eo vertantur, vt ἄκεςον curabilia fiant. EUST. Locum ἐν παραγγελίαις p. 187. 29. denotari cenſet Foeſ. p. 16.

z. Secundo de officina medici, t. 3. p. 503. v. 14. Eius vero, quod ἀγαθῶς bene deligatur, duae ſunt ſpecies. Secundo de fract. t. 19. p. 460. v. 40. At vero talia ἀγαθῶς bene deligare non cuiuſuis eſt. Galen. in com. inquit: Hic auctor, et alii antiqui ſaepe numero ἀγαθῶς bene, pro καλῶς pulchre vſurpant. Et t. 31. p. 461. v. 17. ἀγαθὸν bonum eſt hoc teſtimonium in omnibus ſugillatis. Galenus eum locum exponens ait: Idoneum ſiue bonum dixiſſe ἀγαθὸν quaſi certum, ſtabile, verum, perpetuum. Secundo de artic. t. 44. p. 482. v. 14. Vti autem conuenit ad omnia haec huiusmodi farina, ſi ex ἀγαθῶν optimo tritico fuerit. Galenus eo in loco inquit: Optimum triticum dixiſſe ἀγαθὰς πύρας. Maiores enim ſoliti ſunt ἀγαθὰς vocabulo vti ad notandum id omne, quod in ſuo genere primum. Secundo aphoriſm. t. 33. p. 391. v. 41. In omni morbo valere mente, et bene ſe habere ad ea, quae exhibentur, ἀγαθὸν bonum: contrarium vero malum. Galenus in com. inquit: Dici ſignum eſſe bonum, quantum in ſe ipſo eſt hoc aliquid. Et Lib. quarto t. 25. p. 394. v. 19. Sanguis ſurſum quidem qualiſcumque fuerit, malus eſt: deorſum vero ἀγαθὸν bona ſunt nigra ſub-

[a] Ἀθέλγηται) Βακχεῖος φησὶ θηλάζηται ἢ ἐπισπᾶται· Ἐπικλῆς δὲ, ἐκπιέζηται καὶ [1] ἐκθλίβηται, ὡς καὶ Νίκανδρος ἐξηγεῖται.

[2] Ἀναλελάφθαι) ἀνειλῆφθαι.

[b] Ἄλις) Βακχεῖος ἐν β', ἀρκούντως, ἱκανῶς. Ὡς καὶ Ὅμηρος, [3] λέγων, Ἀφνειὸς βιότοιο, ἄλις δέ οἱ ἦσαν ἄρουραι.

[c] Ἀνακώχησις) Βακχεῖος ἐν α' φησι, σύμπτωσις· Γλαυκίας δὲ, [4] ἀναπίεσις καὶ ἀνοχή. Οὐ κατὰ τροπὴν, ὡς οἶμαι, ἱστάμενος. Τὰς γάρ τοι ναῦς, ὁπόταν ἐπὶ μετεώρου [5] σαλεύωνται, Ἀνακωχεῖσθαι λέγομεν. Ὅπερ ἐστὶν [6] ἄνω χωρεῖν. Ὁ μέντοι Ἐπικλῆς φησὶν, Ἀνακωχὴν τὸ συμπεπτωκέναι, συναμαρτάνων τῷ Βακχείῳ. Σαφῶς δὲ ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων φησὶν, οὕτως λέγων, Ἐντιθέναι δὲ εἰς τὴν μασχάλην καθαρὸν ἔριον ἑλίσσοντα, καὶ ἐκπλήρωμα τοῦ κοίλου ποιέοντα, ἵνα ἡ στήριγμα ἐν τῇ ἐπιδέσει ἀνακωχὴ ἐς τὸ ἄρθρον. Τουτέστιν ἀνέχηται καὶ [7] ἀνακρατῆται.

Αἰὼν

[1] *ἐκθλίβεται MS. Doru.* [2] *ἀναλελάμφθαι MS. D. Haec lectio ex Galeno petita eſt, v. Foeſ. p. 49. Sic quoque Euſtach.* [3] *λέγων MS. D. ignorat.* [4] *ἀνήβη τις Chart.* [5] *σαλεύονται MS. D.*

ſubeuntia. Galenus in eo loco vult *ἀγαθὸν* bonum, non tamquam proprie dictum, ſed tamquam idem, quod melius, eſſe accipiendum, quaſi ita diceret: Infra autem melius nigra deiici. Hic aduertendum eſt, verſiones interpretum non omni ex parte quadrare verbis Hippocratis. Sic enim ſcribit: *Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν. κάτω δὲ, ἀγαθόν. καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν.* hoc eſt, vt mihi videtur: Sanguis ſurſum quidem, qualiſcumque fuerit, malum, deorſum vero *ἀγαθὸν* bonum, et nigra ſubeuntia, malum. EUST. Foeſius p. 1. ex loco Ciceronis Tuſcul. IV. belle haec illuſtrat.

a. Galenus in Exeg. habet *ἀθέλγεται*, quod interpretatur, remittitur, diſſoluitur. Primo de humoribus t. 16. p. 114. v. 36. Turbatio, infuſio, ablatio, quibus ad ſedem abſcedit, vnde *ἀθέλγεται* exſoluitur, aut medicamentum, aut vlcus, aut humor quiſpiam. EUST. Galenum autem

Ἀθελγῆται) Bacchius inquit, lactat, vel attrahit. Epicles vero, exprimit et elidit, vt etiam Nicander interpretatur.

Ἀναλελάφθαι) vires reficere.

Ἄλις) Bacchius in ſecundo, ſatis, affatim, vt etiam Homerus inquit: Diues rerum copia, ἄλις, id eſt, ſatis autem ei erant arua.

Ἀνακώχησις) Bacchius in primo ait, caſus, ſeu ſymptoſis. Glaucias vero ἀνάπαυσις requies et ſuſtentatio: non recte, vt opinor, intelligens. Naues enim, quum in ſublimi aguntur, ἀνακωχεῖσθαι dicimus, quod eſt ſurſum tendere. Epicles autem interpretatur ἀνακωχὴν ſimul cecidiſſe, errans cum Bacchio. Manifeſte enim Hippocrates in libro de articulis ſic ait: Imponere autem in axilla puram lanam circumuoluentem, et explementum concaui facientem, vt ſit firmamentum dum vincula damus, et vt ἀνακωχέῃ τὸ ἄρθρον, id eſt, articulus ſuſtentetur et ſuſtineatur.

E 5 Αἰὼν

[6] *ἀναχωρεῖν MS. St. conſentit Chart. ἀνωχωρεῖν autem veram lectionem eſſe contendit, quia de nauibus, quae in alto retinentur, Erotiano ſermo eſt.* [7] *ἀνακρατεῖται MS. D.*

tem hoc in loco ἀλθαίνεται legiſſe Foeſ. p. 7. aſſerit.

b. Haec vox ſupra ab Erotiano eſt explicata, et a nobis annotatione illuſtrata, et ideo hic fruſtra iteratur. Homeri locus eſt, Il. XIV. EUST.

c. Locus Hippocratis ex primo de art. t. 29. p. 475. v. 10. de luxatione humeri, male fuit a ſcriptore librario Erotiani excerptus. Sic autem reſtitui debet: ὑποτιθέναι δὲ ἐς τὴν μασχάλην εἰρίον μαλθακὸν καθαρὸν ξυνειλίσαντα, ἐκπλήρωμα τοῦ κοίλου ποιέοντα, ἵνα ἀντιστήριγμα μὲν τῇ ἐπιδέσει ἔῃ, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον, id eſt: ſub alam vero lanam mollem, puram, conuolutam ſubiicere oportet, ad cauitatem explendam, quo fulcimentum quidem ſit deligationi, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον, ſuſtentet vero articulum. Et com. ſecundo t. 45. p. 482. v. 47. de naſo fracto. Atque aut ipſum, aut alium quemdam ἀνακωχέειν ſuſtentare, donec vulnus corroboratum fuerit. In mochlico, de naſo ſimiliter fracto

[d] Αἰὼν) ὁ νωτιαῖος μυελός. Φησὶ γὰρ, [e] Ἐσφακελίσθη τὸν αἰῶνα, καὶ ἐν τῷ Περὶ βελῶν καὶ τραυμάτων φησὶ, Τὸν αἰῶνα νοσήσας τὶς, ἑβδομαῖος ἀπέθανε. Καὶ Πίνδαρος ἐν [1] ὑπορχήματι, λέγων, [2] Ἐνέπισε [3] κεκραμένα ἐν αἵματι, πολλὰ δ' ἕλκεα πλευρὰς [4] ἔμβαλεν ὦμον [5] τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δὲ ἀείρας πρὸς στιβαρὰς ἐσπάραξε πλευράς· αἰὼν δὲ δι' ὀστέων [6] ἐρράισθη.

Ἄχη

[1] ὑποχρήμασι *MS. D.* [2] *ἐν ἐνέπισε vulgg. mendoſe.* [3] *κεκραμμένα MS. D.*

fracto p. 506. v. 12. Deinde *ἀνακωχήσας* ſuſtentabis digitis alte contrectando et dirigendo. Sic habet codex Aldinus. Baſileenſis vero pro *ἀνακωχήσας* habet *ἀνακογχίζειν*, id eſt, vt Caluus vertit, adaptato. EUST. Heſych. interpretatur: *μετεώρους τὰς ναῦς κατέχειν.*

d. Gal. in Exeg. *ἀντὶ τοῦ βίου*, pro aeuo vſurpari dicit: quem deinde alii ſunt ſequuti interpretes. Erotianus pro ſpinali medulla in libro de telis et vulneribus, quo nos caremus, poni affirmat. Secundo de fract. t. 21. et 22. p. 460. v. 43. de calcanei fractura. Atque hoc pacto periculum eſt, ne os calcis corrumpatur: Quod vbi corrumpitur, morbus *αἰῶνα* aeuum durat. Quam vocem Galen. in com. pro tota aetate hominis exponit. Quarto de artic. t. 68. p. 502. v. 3. de oſſibus ex ſaltu diſparatis. Si grauiter haec acciderint, periculum eſt, ne corruptione accedente *αἰῶνα* per omnem vitam affligantur. In mochlico p. 509. v. 27. Periculum eſt, ne ſiderata et laeſa oſſa *τὸν αἰῶνα* per omnem vitam periculum faceſſant. In quibus locis ea vox pro medulla ſpinali ſumi non poteſt. At Pindarus, quem Erotianus adducit, aperte ei fauet; licet ea pars operis, quam citat, non exſtet. In cuius verbis aduertendum eſt, *ὦμον τραχὺ ῥόπαλον*, quod nos praeduro humero, vertimus, poſſe etiam ſumi *ἀντὶ μεταφρένου*: quod non modo partem, quae a tergo praecordiis obiecta eſt, ſignificat, verum etiam pro dorſo, et ea parte ſpinae, quae eſt inter ſcapulas, ſumitur. In qua ſignificatione ſi accipiatur, Pindari verba propoſito magis quadrare videbuntur. EUST. Cf. Foeſ. p. 14.

e. Corrigendum hic puto: Ἢν *σφακελίσῃ τὸν αἰῶνα*: fallor enim, niſi reſpiciat locum de fract. p. 759. E. *καὶ*

οὕτω

Αἰών) ſpinalis medulla, ait enim: Si quis paſſus eſt ſphacelum τὸν αἰῶνα, id eſt, in ſpinali medulla. Et in libro de telis et vulneribus inquit: Quidam aegrotans τὸν αἰῶνα, ſecundum ſpinalem medullam, ſeptimo die obiit. Et Pindarus in ſaltationibus: Cecidere ſanguine mixta, multa autem vlcera intulit coſtis, et praeduro humero, denique extollens, duras coſtas abſcidit: αἰὼν, id eſt, ſpinalis vero medulla per oſſa corrupta eſt.

Ἄχη

[4] ἔμβαλλεν *MS. D.* [5] τραχυρώπαλον *MS. D.* [6] ἐῤῥέθη *MS. D.*

ἔτω κίνδυνος σφακελίσαι τὸ ὀςέον τὸ τῆς πτέρνης. Καί τοι ἢ σφακελίσῃ τὸν αἰῶνα πάντα ἱκανὸν ἀντισχεῖν τὸ νόσημα. Sed haec verba vt *Euſtachio* quoque et *Foeſio* viſum, non admittunt *Erotiani* explicationem; ita enim diſtinguenda ſunt: καίτοι ἢν σφακελίσῃ, τὸν αἰῶνα πάντα κ. τ. λ. Verto: *quod ſi contingat carie affici* (id enim hic notat τὸ σφακελίσαι) *malum tota vita perdurat.* Quomodo enim, vbi de calce ſermo eſt, ſpinae dorſi caries intelligi poteſt. Sed adſcribo hac occaſione fragmentum ex *Pindaro* ἐν ὑπορχήμασι ab *Erot.* adductum. Ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι, πολλὰ δ' ἕλκεα πλευρὰς ἔμβαλεν ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δὲ ἀείρας πρὸς ςιβαρὰς ἐσπάραξε πλευράς· αἰὼν δὲ δι' ὀςέων ἐῤῥαίσθη. Neſcio an alii his verbis medicinam fecerint: id ſcio certiſſime, mendoſa eſſe. *Bon. Vulcanius* (qui libro ſuo adſcripſerat nonnullas emendationes mecum humaniſſime communicatas a Cel. *Valkenario,*) pro Ἐνέπισε legebat Ἐνέπτυσε, ac dein ἔμβαλε νομῶν τραχὺν ῥόπαλον: ſcribere voluit procul dubio νωμῶν, a νωμᾷν, *vibrare:* quae emendatio egregia vtique eſt: ſed pro Ἐνέπισε malim Ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι; narrabat *Pindarus* in his certamen (ni fallor) Herculis vel alius herois contra alium, qui iam ſaepius claua percuſſus, ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι: ſed quibus ex praecedentibus deeſt aliquid ad ſenſum perficiendum: puto locum ſimilem fuiſſe huic *Virgilii* de Darete Aeneid. L. V. 469. *craſſumque cruorem Ore eiectantem, miſtoſque in ſanguine dentes:* in ſequentibus, quae ad heroem pertinent, offendit quoque τὸ πλευρὰς bis repetitum, ac prius lubens eiecerim: de metro vero nihil quod moneam habeo, niſi forte ita conſtituere placeat

Ἐξέ-

[f] Ἄχη) λύπας.

Ἀσήμοις τόποις) [1] κατ' ἀντίφρασιν, πολυσήμοις. Ὡς καὶ Ἀγαλάκτοις, πολυγαλάκτοις. καὶ Ἄξυλῳ ὕλῃ. Πολυσήμους δὲ λέγει [2] τόπους ἐπί τε φλεβῶν, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ νεύρων.

[g] Αὐτίκα) Βακχεῖος ἐν ά φησὶν, ἤδη· Ἐπικλῆς δὲ, εὐθέως. [3] Ἔςι δέ τις καὶ ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα λεγομένη ἡ λέξις.

[h] Ἀποκεκάρπωκεν) ἀποβεβλάςηκεν, [4] ἀπογεγέννηκεν.

Ἀποσυριγγώσασα τὴν χολὴν) οἷον ἀποφυσήσασα.

Ἄχνη

[1] κατὰ ἀντίφρασιν *MS. D.* [2] τόμους *MS. D. in margine tamen* τόπους. τόμους *quoque Euſt.*

Ἐξέπτυσε κεκραμέν' αἵματι. πολλὰ δ' Ἕλκε' ἔμβαλε, νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δ' ἀείρας Πρὸς ςιβαρὰς σπάραξε πλευρὰς, αἰῶν δὲ δι' ὀςέων ἐῤῥαίσθη. *Exſpuit ſanguine commixta. Hic vero multa Vulnera infligit, quaſſans duram clauam: (quam) tandem extollens Validis impegit coſtis, medulla vero oſſibus effuſa eſt.* Multos in his agnoſco trochaeos et anapaeſtos, hyporchemati ſatis proprios: ſed de verſuum diſtributione nemini pugnauerim. Eorum quoque, quae initio deſiderantur, talis ſenſus fuiſſe potuit, vt pro ἐνέπισε legendum ſit ἐνέπηξε, et ſic omnia ad eumdem pertineant. Vltimum vocabulum ἐῤῥαίσθη, legitur quoque apud *Apoll.* Rhod. L. I. v. 1054. Ὀςέον ἐῤῥαίσθη, vbi Scholiaſtes notat, ἀντὶ τοῦ ἐθραύσθη, eſt nempe a ῥαίω, *frango*, vnde ῥαιςὴρ: hic vero δι' ὀςέων ἐῤῥαίσθη, non proprie notat, *per oſſa fracta eſt*, ſed *per oſſa fracta erupit.* HER.

f. Heſychius ἄχος dicit, et ſic interpretatur. Vide V. Ill. Trilleri Obſſ. critt. p. 87.

g. Primo de morbis mul. p. 234. v. 14. Oportet autem αὐτίκα ſtatim curationem facere. Sin minus αὐτίκα ſtatim comparent morbi. Et p. 236. v. 12. 13. Interrogetur an αὐτίκα ſtatim exeat genitura, an poſtera die, aut tertia, aut ſexta, aut ſeptima. Si igitur dixerit αὐτίκα ſtatim exire, vbi coiuit, vteri oſculum non rectum eſt. Et p. 248. v. 49. Quare αὐτίκα ſtatim cauſam exacte interrogare oportet. Secundo de morbis vulg. ſect. 5. p. 317. v. 34. Si hydropicum tuſſis corripiat, ſiquidem αὐ-

τίκα

"Αχη) triſtitia.

'Ασήμοις τόμοις) vel τόποις per antiphraſin πολυσήμοις, id eſt, inſignibus, vt etiam ἀγαλάκτοις, πολυγαλάκτοις, id eſt, lacte abundantibus, et ſylua ἀξύλῳ, id eſt, lignoſa. Πολυσήμȣς τόμȣς autem dicit multas inciſiones, in venis, et arteriis, et neruis.

Αὐτίκα) Bacchius interpretatur in primo libro, iam. Epicles vero, ſtatim. Significat etiam haec vox, poſthaec.

'Απεσκεκάρπωκεν) germinauit, genuit.

'Αποσυριγγώσασα τὴν χολὴν) id eſt, inflata.

"Αχνη

[3] ἐςὶ δὲ πȣ καὶ *MS. St. conſentit Chart.* [4] ἀπογεγένηκεν *MS. D.*

τίκα ſtatim animo linquatur, calidis omnibus vtatur. Et L. IV. p. 328. v. 47. Meandri caeci vxor αὐτίκα ſtatim cum pallore viride, et αὐτίκα ſtatim purulentum ſpuit circa ſextam. Et p. 329. v. 8. De Metrophanti filio: Circa vlcus perfricuit, et perfrigeratus eſt: et labia αὐτίκα ſtatim ſunt eleuata. Et p. 329. v. 21. In Cranone vxorem Nicoſtrati correptam decima quarta die αὐτίκα ſtatim occupauit impotentia colli, et aliarum partium. Et pluries in eodem libro quarto. In ſexto vero comm. 1. t. 12. p. 343. v. 30. Crurum effeminationes, veluti ſi aut ante morbum iter feciſſet, aut αὐτίκα ſtatim ex morbo. Primo de ratione victus morborum acut. t. 26. et 27. p. 369. v. 30. Conueniunt autem talia vt plurimum his, qui αὐτίκα ſtatim tota ptiſana vtuntur: nam et dolores in pleuriticis αὐτίκα ſtatim ſua ſponte ceſſant. Primo aphor. t. 7. p. 390. v. 16. Vbi igitur peracutus eſt morbus, αὐτίκα ſtatim etiam extremos labores habet. In cuius expoſitione Galenus ait: Αὐτίκα ſtatim eſſe intelligendum circa primos dies quatuor, vel paulo vlterius. Et t. 10. p. 390. v. 21. 22. Quibus igitur αὐτίκα ſtatim vigor eſt, his αὐτίκα ſtatim victus tenuis exhibendus eſt. EUST. Cf. Foeſ. p. 108.

h. Galen. in Exeg. habet ἀποκεκαρπωκὸς, id eſt, ἀποβλεβαςηκὸς, quod omni fructu priuatum eſt; ſed melius eſt exponere, quod germinavit. Libro de oſſium natura p. 62. v. 40. de venarum diſtributione: 'Αποκεκαρπώκȣ diſtribuit etiam de ſe in poplite multas implicatas venas. EUST. Vide Foeſ. p. 73.

i [1] Ἄχνη ὀθονίου) τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον Ξύσμα· Ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς, ὁ καλούμενος Ξυσμός.

k Ἄγχιστα) ἔστι μὲν ἔγγιστα· αὐτὸς δὲ ἀντὶ τοῦ μάλιστα τίθησι τὴν λέξιν.

l Ἄναλλις) Βοτάνης ὄνομα.

m Ἅρμη) πᾶσα σύνοδος [2] τραυμάτων. Εἴρηται δὲ καὶ παρὰ τὸ [3] ἡρμόσθαι.

Αἰάζειν) θρηνεῖν.

n Ἄλθεσθαι) ὑγιάζεσθαι.

o Ἀγκυρομήλη) τὸ [4] ἄγκιστρον.

p Ἀψόῤῥοον) τὸ εἰς τοὐπίσω ῥέον.

Ἀνα-

[1] *ἄχνου MS. D.* [2] *forte τρημάτων legendum Foeſ.*

i. Primo de morb. mul. p. 238. v. 49. Quarto vero die fel bubulum ſiccum in oleo feruefacito, et ἄχνην teneram lanam eo imbutam ſubdito, ſic vertit Germanus interpres. Et libro ſecundo p. 284. v. 2. de flatu in vtero contento. Lini folia et adipem volucrinum terito; et lacte muliebri diluta ἄχνῃ ἀπὸ ὀθονίου raſura de tenuibus linteolis deraſa, excipito, ac illigato. Vbi notandum Calvum interpretari ὄρνιθος στέαρ pinguedinem gallinaceam: et ἄχνην ὀθονίων ſimpliciter linteum. In mochlico p. 506. v. 9. de naſo fracto: Si cartilago depreſſa ſit, ἄχνην ὀθονίου tenue linamentum pellicula Carchedonia conuolutum intro dato. EUST.

k. Secundo de morb. mul. p. 272. v. 30. Et inter fomenti adhibitionem, oſculum contingere coneris, an fomentum vteros ἄγχιστα propinquiſſime adducat. Et p. 276. v. 39. Si vero ἄγχιστα propinquiſſimi fuerint vteri, frequenter vomat. Primo de art. t. 69. p. 478. v. 18. Ἄγχιστα proxime quidem clauicula ad humeri articulum ſupernatat. In cuius expoſitione Galenus inquit: Initio ſermonis ἄγχιστα prope dixit, dubium autem eſt ad locumne, an ad rem debeat referri; vel enim accipiemus ἄγχιστα prope articulum frequenter moueri iugulum, quam ſententiam magis probo: vel vt quibuſdam placet ἄγχιστα prope, referemus ad frequentem motum, ita, vt mens eius ſit: Iugulum maxime ἄγχιστα prope accedit ad ea, quae frequenter mouentur: quum humeri articulo iungatur. Et libro ſecundo t. 41. p. 428. v. 8. Ἄγχιστα proxime vero deligatio reſiſtere mihi videtur.

Ἄχνη ὀθονίης) apud nos ramentum dicitur, ex quo fit vulnerarius penicillus, qui ξυσμὸς vocatur.

Ἄγχιστα) eſt quidem proxime. Ipſe vero vocem hanc pro maxime ponit.

Ἄναλλις) herbae nomen.

Ἅρμη) omnis vulnerum coniunctio dicta eſt ab ἡρμόσθαι, quod compingere ſignificat.

Αἰάζειν) lugere.

Ἄλθεσθαι) ſanari.

Ἀγκυρομήλη) hamus.

Ἀψόῤῥοον) retro fluens.

Ἀνα-

3 *ἡρμῶσθαι vulgg.* 4 *ἄγγυστρον MS. D.*

tur. Et libro quarto t. 18. p. 495. v. 36. Et neque veratrum mihi videtur profuturum eſſe, et eadem die datum, et rurſus epotum: ἄγχιστα proxime autem, ſi quicquam huiuſmodi facit, non tamen mihi hoc videtur. EUST.

l. Hanc vocem nec apud Hippocratem, nec apud alios auctores inuenio, et ideo ſuſpicor pro ea ſcribendum eſſe ἀνάγαλλις, de qua Dioſcorides, Galenus, Paulus, Aetius et alii mentionem faciunt. Forte ſcriptum erat ἀγαλλίς, quae auctore Heſychio idem ſignificat et a librario γ in ν fuit commutatum. Libro de vlceribus p. 516. v. 3. de ſiccis ad vlcera medicamentis. Ἀναγαλλίς Anagallis, et alumen Aegyptium toſtum, etc. EUST.

m. Galenus in Exeg. ἄρμην futuram interpretatur. Erotianus vero omnem vulnerum coniunctionem ita vult appellari, deducique vocem a verbo ἡρμόσθαι, quod eſt coniungi, arbitratur. Et ideo ſi plura deſideras, ad annotationem eius dictionis accedendum eſt, in qua de ἁρμονίας, et quibuſdam aliis vocibus dicetur. EUST. Heſych. σύνοδος, σώματος ἁρμόργη.

n. Galenus in Exegeſi habet ἀλθεῖν ſanare, ἄλθεξις ſanatio, ἀλθίσκειν ſanare. Quidam pro ἀλθεῖν volunt ſcribi ἀλθαίνειν, et ἀλθήσκειν pro ἀλθέσκειν. Vide in annotatione dictionis ἀλθέξεσι. EUST. V. Foeſ. p. 30.

o. Galenus in Exeg. exponit ſpecillum, quod hamum habet. EUST. V. Gorr. in def. med.

p. Galenus in Exeg. habet ἀψιῤῥόον, quam vocem eodem modo, quo Erotianus interpretatur. EUST. Cf. Hom. Il. 6. v. 399.

[q] [1] Ἀναχελεύεται) ἀναπνεῖ.

[r] Ἀνδρεῖος οἶνος) ἢ ὁ εὔτονος, ἢ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς [2] νήσου, ὡς Λέσβιος, ὁ ἀπὸ Λέσβου· οὕτω καὶ Ἀνδρεῖος, ὁ ἀπὸ Ἄνδρου.

[s] Ἀπορέγει) ἀποτείνει.

[t] Ἀλλόκοτον) ἐξηλλαγμένον.

[u] [3] Ἄκαμπτος) ἀκοπίαστος.

[v] Ἀναψύχειν) γυμνοῦν.

[4] Ἀποταννύσας) ἐκτείνας.

Ἀνάθλασις) ἔκθλιψις.

[x] Ἀπολυσίας) ἢ τὰς τῶν ἄρθρων ἀπολύσεις, ἢ τὰς [5] ἐπιδέσμων ἀνέσεις.

Ἀσγ-

[1] *ἀναχελεύσεται MS. D. forte ἀναχελύζεται.* [2] *νόσου Foeſ. ex operarum negligentia.* [3] *ἄκαματος MS. St. conſentit Chart. Vocem ἄκαμπτος mendoſam eſſe et ἀκάματος ſubſtituendam cenſet Foeſ.*

q. Vel, vt alter codex habet, ἀναχελεύεται. Reperio apud Galen. in Exeg. ἀναχαίνεται, et in quibuſdam exemplaribus etiam ἀναχελίσχεται, hoc eſt, ſuſcitatur. Sed neſcio an conueniat cum Erotiani ἀναχελεύσεται. EUST. V. Foeſ. p. 56.

r. Sunt qui ſcribant Ἄνδριος. EUST.

s. Galenus in Exeg. exponit, porrigit. Primo de fract. t. 4. p. 456. v. 28. Qui igitur nihil praemeditati ſunt, plerumque nihil peccant: ipſe enim qui deligatur, manum ἀπορέγει porrigit, vt qui ad iſta a iuſta natura cogatur. In cuius expoſitione Galenus ait: Vocabulum deporrigit, ἀπορέγει dixit: quod nonnulli accipiunt pro ὀρέγει, id eſt porrigit medico. Nonnulli pro non permittit, vt medicus indoctior membrum in contrarium conuertat. Et parum infra addit: Hoc autem volunt Hippocratem ſignificaſſe verbo ἀπορέγειν. Sed vtrouis modo acceperis, res eadem manet. EUST. Hipp. περὶ ἀγμῶν ſcribit, αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει, οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος ἀναγκαζόμενος. Vbi Galenus ait nonnullos quidem ἀπορέγει accepiſſe pro ſimplici ὀρέγει, id eſt, praeter medicos: ſed alios expoſuiſſe ἀποκωλύει τὸν ἰατρόν. Eumdem tamen ſenſum vtramque expoſitionem efficere docet. ST. Cf. Foeſ. p. 80.

t. Galenus in Exeg. habet ἀλλόκοτον obſcurum et ignotum. Primo de morb. mul. p. 241.

Ἀναχελεύεται) reſpirat.

Ἀνδρεῖος οἶνος) vel vinum potens, vel ab Andro inſula, vt Leſbius a Leſbo; Andrius ab Andro.

Ἀπορέγει) extendit.

Ἀλλόκοτον) immutatum.

Ἀκάματος) indefeſſus.

Ἀναψύχειν) nudare.

Ἀποτανύσας) extendens.

Ἀνάθλασις) eliſio.

Ἀπολύσιας) vel faſciarum relaxationes, vel membrorum ſolutiones.

Ἀση-

[4] ἀποτανύσας *MS. D. et ſic recte legendum eſſe coniicit Foeſius; vulgg. quoque ſic.* [5] πιδέσμων *MS. D.*

p. 241. v. 39. de praegnante: Et quum paucior ſanguis ſit in corpore, neceſſe eſt ipſam eſſe pallidam, et ſemper ἀλλοκότων alienos cibos appetere. Sic Germanus interpres vertit. Caluus, diuerſa. De huius vocis expoſitione Erotianus, Galenus, et interpretes parum conuenire videntur. KUST. Foeſ. p. 31. laudat quoque locum Hipp. de fract. p. 527. 39.

u. Primo de fract. t. 16. p. 457. v. 34. de directione cubiti fracti. Et manus dum appenſa excipitur, in conſimili figura erit, in quali etiam erat, dum deligaretur, ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάματος, hoc eſt, ita vt neque ambulanti, neque decumbenti, vllus dolor, aut fatigatio accedat. EUST. Cf. Foeſ. p. 15.

v. Tertio de fract. t. 14. p. 466. v. 19. de vlcere poſt fracturam facto. Et futurum eſt, vt et carnes ſuppurentur; et nerui inſuper excidant, hos omnino ἀναψύχειν nudare, ſeu, vt Germanus interpres vertit, refrigerare non oportet. Galen. in com. ait: Nudare dixit ἀναψύχειν refrigerare, hoc eſt vinculum detrahere fracturae idoneum, vt vlcus nutriatur, vel curetur. EUST. Apud Hom. Il. ε. v. 795. eodem ſenſu haec vox etiam vſurpatur. Heſ. ἀναπνέειν et Schol. καταπνέειν *perfrigerare, reficere.*

x. Primo de fract. t. 40. p. 458. v. 21. de fractura oſſium brachii. Ἀπολύσαντα δὲ reſoluere, aut relaxare faſcias oportet tertia die poſt diſtentionem et directionem. Et libro ſecundo t. 15. p. 460. v. 26. de fractura humeri. In vnaquaque vero τῶν ἀπολυσίων vinculorum ſolutionem, multa aqua calida fovendum.

y Ἀστηρὸν) ἄσης ποιητικόν.

z Ἀρκέει) βοηθεῖ.

a [1] Ἀποργέστερον) ἀπηνέστερον.

b [2] Ἀπαιωρέεται) [3] ἀποκρέμαται.

c Ἀτρεμέοντα) ἠρεμοῦντα.

d Ἀποπαλήσει) σαλεύσει καὶ σφόδρα κινήσει.

Ἀπο-

[1] *ἀστεργέστερον Foeſ. ex coniectura ap. Hipp. de fract. p. 553. 44.* [2] *ἀπαιώρηται vel ἀπαιωρέηται rectius ex coniectura Foeſ.*

vendum. Quinto de morbis vulgar. p. 336. v. 15. Foetus ab vtero ſolutionem, et illud ipſum tempus, quo in lucem editur, ἀπολύσιν appellauit. Huic, inquit, decimo menſis ſanguis prodiit multus per quatuordecim dies: plurimus autem tribus diebus ante pueri ἀπολύσιος editionem, ſeu partum, vt Caluus tranſtulit. EUST.

y. Secundo de fract. t. 75. p. 464. v. 29. de canali, qui femori fracto ſubiicitur: Ἀστηρὸν moleſtum enim eſſet, ad poplitem pertingens. EUST. Plura v. apud Foeſ. p. 101.

z. Primo de morbis p. 130. v. 11. Et hae quidem occaſiones repentinae ſunt. Et paulo poſterius non ἀρκέει ſufficiunt. Et v. 17. His ſane non ἀρκέουσι proſunt auxilia a medico adhibita. Secundo de art. t. 39. p. 482. v. 3. Noxia enim et moleſta eſt geſtatio: ἀρκέει. Satis autem eſt medico oſtentaſſe, quod naſum varie deligare nouit. Et t. 42. v. 11. Ἀρκέει, ſufficit autem ſuper contuſionem ſplenium inceratum extendere. Et libro tertio, t. 64. p. 489. v. 10. Si vero ſanguinem non ſpuat, ἀρκέει ſufficit viginti diebus vt plurimum curatio. Et libro quarto t. 52. p. 498. v. 42. et 44. Poſtea ἀρκέει ſufficit in dimidia ligni parte, nihil tamen vetat etiam per totum velut foſſas longas quinque vel ſex, quatuor digitorum ſpatio inter ſe diſtantes inciſas eſſe; et ἀρκέει ſatis eſt, vt ſint latitudine trium digitorum. EUST.

a. Hanc vocem non inuenio, ſed vt coniicio, in ſecundo de fract. t. 64. p. 463. v. 7. de canalibus, qui cruribus fractis ſubiiciuntur, eam vſurpauit, vbi ita ſcribit: Quin et ἀστεργέστερον crudelius eſt lignum ſubiicere, ſi non ſimul molle quiddam in ipſum indatur. Quam vocem immutaſſe librarium, ex his quae Galenus in comm. ſcribit, clare patet. Quo circa, inquit, Hippocrati huiuſmodi ligni vſus non placet: quoniam

Ἀστηρὸν) moleſtiam inferens.
Ἀρκέει) opem fert.
Ἀπoργέστερον) crudelius.
Ἀπαιώρεεται) ſuſpenſus eſt.
Ἀτρεμέοντα) quieſcentem.
Ἀποπαλήσει) quatiet, et valde mouebit.

[3] *ἀποκρέσασαι MS. D.* [4] *ἐκπαλήσει rectius ex coniectura Foeſii.*

iam praeter cetera incommoda durum eſt: nam immite, quod ipſe dixit ἀργέστερον durum ſignificat, et inſuaue, quod nihil cedat, haec Galenus. Suſpicari autem librarium ἀργέστερον pro ἀποργέστερον poſuiſſe, a ratione non eſt alienum. EVST. Cf. Foeſ. p. 80.

b. Primo de fract. t. 51. p. 459. v. 24. de fracto cubito. Et plurima faſciae pars circa fracturam exiſtit, ita vt manus hinc atque hinc ἀπαιωρέηται dependeat, vel ſuſpenſa ſit; pro qua voce codex Vat. habet ἀπηώρηται. Et t. 54. v. 29. Proinde in faſcia molli, latitudinem habente, maximam cubiti partem, et manus articulum aequaliter αἰωρέεσθαι ſuſpendere, ac eleuata geſtare oportet. Et libro ſecundo t. 77. p. 464. v. 39. de femoris ac tibiae fractura. Siquidem enim ἀπαιώρηται dependeat pes, reliqua tibia firmata etc. EVST. Vide Foeſ. in voce αἰώρα.

c. Secundo de fract. t. 77. p. 464. v. 44. de calcaneo. Sed et omnia oſſa tardius corroborantur, ſi non ſecundum naturam poſita fuerint, itemque ea, quae non in eadem figura ἀτρεμέοντα quieſcunt. Primo de artic. t. 70. p. 478. v. 35. de clauiculae deligatione. Decumbere tamen hominem multum refert: et ſufficiunt dies quatuordecim, ſi ἀτρεμέοι quieverit, aut ad ſummum viginti. Primo de officina medici t. 25. p. 503. v. 8. Reliquum autem corpus detineant, vt totum ἀτρεμέῃ quieſcat. Et libro ſecundo t. 15. p. 503. v. 27. Circumdare quoque inſuper oportet, comprehenſionis quidem gratia eorum, quae circa haec ſunt, apprehenſionis vero vniuerſi deligamenti in ἀτρεμέουσι quieſcentibus et depreſſioribus corporis partibus. Primo aphoriſm. t. 3. p. 390. v. 2. de bono habitu ad ſummum progreſſo. Non enim manere poſſunt in eodem, neque ἀτρεμέειν quieſcere. Quum vero non ἀτρεμέουσιν quieſcant, non amplius in melius auge-

[d] Ἀποκαυλιωθῇ) οἷον [1] καυληδὸν κλαωθῇ.

[e] Ἀναγνῶναι) μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι.

[f] Ἀνάγκη) Βακχεῖος ἐν τρίτῳ ἀντὶ τῆς βίας φησὶ κεῖσθαι τὴν λέξιν.

[g] [2] Ἀμφιβαλλέσαι) [3] περισφάλλεσαι.

Ἀμ-

[1] καυλιδὸν κλαυθῇ *MS. D.* [2] *Foeſ.* ἀμφισβαλλέσαι *ex coniectura.*

augeſcere poſſunt. Tertio de humoribus t. 25. p. 117. v. 26. Conſiderandum autem eſt ex his, quae praeſentia, et ἀτρεμεόντων quieſcentia nouimus de coloribus etc. Sunt et alia exempla, vt ſecundo de artic. t. 26. p. 481. v. 6. Et t. 31. p. 481. v. 20. Libro de natura pueri p. 30. v. 10. Secundo de morb. mul. p. 273. v. 4. EUST.

d. Primo de art. t. 63. p. 477. v. 21. Clauicula porro fracta, ſiquidem exacte ἀποκαυλιωθῇ caulatim hoc contigerit, curatu facilior eſt. Et v. 23. Nam quae exacte ἀποκαυλιωθεῖσαν caulatim fracta eſt, cogi magis poterit, vt ad naturam redeat. Galeni interpretes vertunt, ex toto frangi. Et ipſe in commento inquit: ἀποκαυλιωθὲν ex toto frangi dicit, quod nulla parte haeret, cuius contrarium eſt, quod non ex toto abrumpitur. Et libro ſecundo t. 24. p. 480. v. 43. At ſi fracta fuerit inferior maxilla, ſiquidem non omnino ἀποκαυλιωθῇ caulatim hoc contigerit, ſed cohaeret adhuc os, confractum tamen ſi fuerit, dirigere quidem os oportet. In cuius com. Galenus inquit: Vbi comminuto oſſe nihil integrum relinquitur, partibus inter ſeſe recedentibus, ita vt nullo pacto cohaereant, huiuſmodi fracturae ſpeciem recentiores medici καυλιδὸν a fracti caulis ſimilitudine appellant: eo quod Hippocrates illud, vbi non frangitur omnino transverſa, dixerit, ἐὰν μὴ ἀποκαυλιωθῇ παντάπασι. Tertio de fract. t. 63. p. 471. v. 23. de fractura cubiti. Quum autem abductus fuerit ea parte, qua caput brachii excidit, vagabundus magis fit articulus, quam ſi penitus ἀποκαυλιωθῇ ſit abruptus: vel tranſuerſus frangatur, vel ſit fractus, vt Caluus vertit. Plura hac de re habes in annotatione dictionis ἀτρεκέως. EUST. Locum quemdam Hippocratis, vbi eſt ἀποκαυλιωθῇ habuiſti in voce ἀτρεκέως. ST.

e. Ga-

Ἀποκαυλιϲθῇ) quod caulis in modum frangitur.

Ἀναγνῶναι) diſſuadere, dedocere.

Ἀνάγκη) Bacchius in libro tertio pro vi poſitam dicit eſſe hanc vocem.

Ἀμφισβάλλεσαι[3]) ſeducentes, ſeu quae alios in errorem inducunt.

[3] περισβάλλεσαι *MS. D.*

e. Galenus in Exeg. eodem modo exponit: hoc eſt, vt interpretes eius vertunt, mutare ſententiam, vt vetera dediſcas, noua addiſcas. EUST. V. Foeſ. p. 44.

f. Libro de affection. p. 187. v. 40. Etiam quod reſtat, debilius eſſe ἀνάγκη neceſſe eſt. Quarto de ratione victus acutorum t. 39. p. 378. v. 42. Nam vbi pedes frigidi fuerint, calidum ἀνάγκη neceſſe eſt ventriculum eſſe. Et t. 51. p. 379. v. 28. Et ἀνάγκη neceſſe eſt, vt morbus et ad deterius, et ad melius inaequalitatem permutet. Tertio aphoriſm. t. 11. p. 529. v. 36. ἀνάγκη neceſſe eſt aeſtate febres acutas, et lippitudines, et dyſenterias fieri. In cuius com. Galenus ait, ἐξ ἀνάγκης, ex neceſſitate dictionem non ſolum appoſuiſſe in aphoriſmis, ſed etiam in libro de aquis, locis et aëre: oſtendens per eam; quod rei natura perſuaſus, non aliqua obſeruatione ductus, iſta notauerit. Primo prorrh. com. 2. t. 6. p. 409. v. 46. de ſtercore, πρὸς ἀνάγκην ad neceſſitatem coacte emittentes. Plura exempla habes paſſim, et libro quinto aphor. t. 47. et 54. p. 397. v. 9. et 18. Et libro ſexto t. 20. p. 398. v. 24. Tertio de fract. t. 5. p. 465. v. 16. Primo de art. t. 5. p. 472. v. 36. Et t. 62. p. 477. v. 18. Et t. 66. p. 478. v. 10. Sed in ſecundo de fract. t. 42. p. 461. v. 35. pro vi vſurpatur. Poteſt etiam, inquit, ſuperna corporis pars ἀνάγκη neceſſitate hac extenſionis vrgeri. Alii vertunt: ſed a ſuperiori quoque parte adhiberi vim licet. Galen. enim in comm. ait: Vim, hoc eſt, valentem in vtramque partem intentionem, ἀνάγκην appellauit, vt vehementem eius potentiam indicaret. EUST. Cf. quoque Foeſium p. 44.

g. De repoſitione articuli luxati, quum in orbem ducendo aut circumuoluendo articulus reponitur, hanc vocem interpretatur Foeſ. in oecon. p. 41. vbi et correctionis ſuae veritatem prodit.

h ῎Αμβην) [1] Στράτων μὲν ὁ Ἐρασιςράτειος φησὶ τὴν ἄμβην μοχλὸν σφαιροειδῆ εἶναι. Φίλινος δὲ ξυςροειδῆ ὑπεροχήν. Ἀσκλατίων δὲ, γωνίαν. Ζήνων δ᾽ ὁ [2] Ἡροφίλειος, ὑπεροχὴν τῶν θυρῶν μανδάλῳ [3] ὁμοίαν. Ἀπολλώνιος δ᾽ ὁ πρεσβύτερος, ὑπεροχὴν ςρογγύλην [4] σφαίρᾳ ὁμοίαν. [5] Μενεσθεὺς δὲ ὁ Στρατονικεὺς, τὴν ἔρεισιν. Ἐρασίςρατος, ὑπεροχὴν ἐξ ἐπαγωγῆς, ἀπὸ τȣ̃ ὑποκάτω μέρȣς καὶ περιφερȣ̃ς. Διοκλῆς δὲ ἐν τῷ κατ᾽ [6] ἰητρεῖον ὑπόκοιλόν τινα χώραν. Ἀπολλώνιος [7] δ᾽ ὁ Μεμφίτης ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων, ὑπεροχὴν παρὰ τὸ λοιπὸν ξύλον. Ἀπολλώνιος δ᾽ ὁ Θὴρ, ἐξοχήν. Ὁ δὲ Κιττιεὺς Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων, σιγμοειδῆ ἐγκοπήν. Περὶ γένης δὲ ὁ ὀργανικὸς ἐν τρίτῳ μηχανικῶν, μοχλῷ ὅμοιον φησὶ τὸ σχῆμα ἔχειν τὴν ἄμβην· ȣ̃ τὸ μὲν πλάτος, δακτύλȣ ἑνός ἐςι, τὸ δὲ μῆκος, ἡμίσȣς. Ἡμεῖς δὲ τȣ́τȣς πάντας παραιτησάμενοι, Βακχείῳ συγκατατιθέμεθα, ὅς ἐν τῷ τρίτῳ φησὶν ἄμβην καλεῖσθαι τὴν ὀφρυώδη ἐπανάςασιν. Καὶ γὰρ οἱ [8] Ῥόδιοι ῎Αμβωνας καλȣ̃σι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Αἰσχύλος καὶ Ἀριςοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι.

Θέρσις

[1] *Στρώτων MS. D.* [2] Ἡροφιλῖος *MS. D. non diphtongós.* [3] *ὑμοίαν MS. D.* [4] *σφαίραν MS. D.*

h. Primo de artic. t. 19. p. 473. v. 40. de repoſitione humeri per lignum brachio alligandum: Sin autem ab altero extremo rotundum, anguſtiſſimum, ac maxime tenue, *ἄμβην δὲ ἐχέτω* in ſummo capitulum rotundum, ac leuiter cauum habeat: Vel, vt Germanus interpres vertit: Habeatque crepidinem paulum ſupereminentem in extrema rotunditatis parte. In cuius textus, et praece- dentis com. Galenus inquit: Hoc, quia ſimile eſt labro, quod Graeci vocant *ἄμβωνα*, medici totum lignum *ἄμβην* appellant. Tale ſiquidem labrum eſt, quale videmus in ollis, conuerſum in interiorem partem verſus cauum. Vnde quidam Comicus, vt per iocum morderet, dixit quemdam ollarum *ἄμβωνας* labra delingere. Attici igitur maſculino genere *ἄμβωνας*; Iones feminino *ἄμβας*, huiuſ-

[5]Ἄμβην) Strato quidem Eraſiſtrateus inquit τὴν ἄμβην vectem rotundum eſſe. Philinus vero ξυστροειδῆ eminentiam ſtrigilis ſpeciem referentem. Aſclation vero angulum. Zenon autem * Herophilius, eminentiam ſimilem μανδάλῳ, hoc eſt, obici ianuarum. Apollonius vero Senior, eminentiam rotundam ſphaerae ſimilem. Meneſtheus vero Stratonicus, firmamentum. Eraſiſtratus, eminentiam ex ſubuectione a parte inferiori, et rotunda. Diocles in libro de officina medendi, concauam quamdam regionem. Apollonius Memphitis in libro de articulis, eminentiam ad reliquum lignum. Apollonius ** Tera, eminentiam. Apollonius Citieus, in libro de articulis, ſectionem ſigmae literae ſpeciem referentem. Perigenes vero Organicus in tertio mechanicorum inquit, ἄμβην conſimilem vecti formam habere, cuius latitudo vnius digiti eſt, longitudo vero dimidii. Nos autem hos omnes reiicientes, Bacchio aſſentimur, qui in tertio inquit, ἄμβην appellari eminentiam ſupercilii formam repraeſentantem. Etenim Rhodii ἄμβωνας vocant montium aſcenſus ſupercilio ſimiles. Meminit vero huius vocis et Aeſchylus, et Ariſtophanes Grammaticus in libro de

 vocibus

[5] *Μενεστὰς MS. D.* [6] *ἰτρίον MS. D.* [7] *coniunctio δ' deeſt in vulgg.* [8] *Ῥόδιος MS. D.*

* *Herophylius*, Euſt. ** *Fera* Euſt. et Iuntina ed.

huiuſmodi labrorum figuras appellant. Cur autem moderni, qui definitiones medicas ſcripſerunt, in re leuiſſima Galenum reprehendant, me prorſus latet. Totum enim lignum ἄμβην appellare, error non eſt, licet ab extremo capitulo rotundo ac leuiter cauo hoc nomen ei ſit impoſitum: plura enim ſunt, quae ab aliqua parte nomen aſſumunt. Et libro quarto comm. t. 58. Niſi vectes talis ſtruatur, quale ſtrui voluit capitulum rotundum, ac leniter cauum ſuper eam ſpatham, quae ad reponendum humeri caput aptatur, ἄμβη dicitur. Secundo de officina medici com. t. 2. Vinculum vero ſimum ab Hippocrate appellatur ea ratione, qua ἄμβη ſpathae capitulum rotundum, ac leniter cavum. EUST. Heſ. ἡ τῆς ἴτυος ὀφρῦς τῶν κυκλῶν ἀσπίδων.

Θέρσις δ' ἐν β' τῶν λέξεων, Ἀμβωνά φησι χεῖλος εἶναι [1] σκεύους, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ πρὸς αὐτῇ τῇ ἴτυϊ. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν Αὐτολύκῳ φησὶν, Ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας, [2] Ἀσέβιον ὁ μοχθηρὸς ἔτριβες πόσῳ πολλῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας [3] περιλείξας. Τουτέστι, τὰ περὶ τοὺς ἄμβωνας χείλη. Λέγεται δὲ οἷον [4] ἀναβῆτις οὖσα.

[i] Ἀγωνιστικόν) ὀχλικόν. Καὶ γὰρ ὁ ἀγὼν ἀπὸ τῆς ὀχλήσεως.

[k] Ἀνακλισμοῦ) [5] ἀνακλιντηρίου.

Ἀπολιπόντα) διεστῶτα.

[l] Ἀγάλλεται) Βακχεῖος ἐν δευτέρῳ φησὶ τέρπεται οὐκ ὀρθῶς. [6] Ἔστι γὰρ γαυριᾶν. Ὡς καὶ Ὅμηρος, μηδ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ.

[m] Ἀμφώδοντα) [7] τὰ ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ὀδόντας ἔχοντα.

[8] Ἄκρην) [9] ἄκρως ἔχουσαν.

[n] Ἀπὸ συρμαϊσμοῦ) Συρμαΐα λέγεται ἡ ἐπιμήκης [10] ῥαφανὶς, ἣν τινες μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται καὶ

[1] *σκέλους vulgg.* [2] *ἀσέβηον vulgg.* [3] *περιλήξας MS. D.* [4] *ἀνάβη τις MS. D. conſentit MS. St.* [5] *ἀνακλιτηρίου vulgg. Steph. lect. Foeſius praefert, quia ἀνακλιντήριον et ἀνάκλιντρον idem eſt ac ἐπίκλιντρον, quod exponitur per ἀνάκλισμον.*

i. Quarto de artic. t. 43. p. 497. v. 46. Bona quidem ac iuſta, et ſecundum naturam haec repoſitio eſt: et ſane etiam aliquid *ἀγωνιστικὸν* oſtentationis habens, ſi quis talium rerum iactatione ſuperbire velit, ſic vertit Germanus. Galeni vero interpres vertit; quae neſcio quid etiam ambitioſae concertationis in ſe habet, ſi quis harum rerum oſtentatione delectatur. Alii vertunt: per quam ſubito fere ad finem peruenitur, ſi quis oſtentationi ſtudeat. Quarum expoſitionum nulla, meo iudicio, conueniens eſt. Loquitur enim hic Hippocrates de repoſitione femoris, quae fit, quum homo per pedes ſuſpenditur, ideo fortaſſe melius eſſet, aut Erotianum ſequi, aut vertere, et ſane etiam aliquid laborioſi habens, ne ſine cauſa a propria ſignificatione vocis, tam longe recedamus. EUST.

Egre-

vocibus Atticis. Therſis vero in libro ſecundo de vocibus ait, ἄμβωνα eſſe vaſis labrum, et partem illam ſcuti, quae eſt prope ipſam circumferentiam. Ariſtophanes autem Comicus in Autolyco inquit: Nouis formis Aſebium flagitioſus confricabas: quam multarum ollarum ἄμβωνας circumlambens, hoc eſt, labra circa ollas. Dicitur autem quaſi aſcenſus quidam.

Ἀγωνιστικὸν) turbulentum. Etenim ὁ ἀγὼν, id eſt, certamen, ἀπὸ τῆς ὀχλήσεως, hoc eſt, a turbatione.

Ἀνακλισμοῦ) accubitus.

Ἀπολίποντα) diſtantia.

Ἀγάλλεται) Bacchius in ſecundo ait, delectatur; non recte: Eſt enim prae nimio gaudio geſtire, vt eſt etiam apud Homerum: μὴ δ' ἐπαγαλλόμενος, gaudio non elatus ob hanc pugnam.

Ἀμφώδοντα) ſupra infraque dentes habentia.

Ἄκρην) quod in ſummo eſt.

Ἀποσυρμαϊσμοῦ) Σύρμαϊα dicitur procerus raphanus, quem nonnulli cum marina aqua comedentes purgantur,

[6] *ἔστιν βριᾶ MS. D. margo γαβριᾶ.* [7] *τῆς ἄνωθεν MS. D.* [8] *ἄφην MS. D.* [9] *Forte ἀκρὴ et ἀκρῶς ἔχουσα Foeſ.* [10] *ῥαφανὴς MS. D.*

Egregie de hoc vocabulo Foeſ. p. 4. diſſerit.

k. Locus indicatur lib. de artic. p. 585. 29. vide Foeſ. p. 47. qui illuſtrationis cauſa laudat Homer. Il. ϑ'. v. 436. et Il. ι. v. 200.

l. Secundo de artic. t. 39. p. 482. v. 1. de naſi fractura: Vna itaque alteraque die ἀγάλλεται, impenſe laetatur medicus, gaudet quoque et qui deligatur. EUST. Heſ. τέρπεται, γαυριᾷ. Locus Homeri eſt Il. π'. v. 91.

m. Primo de art. t. 28. p. 474. v. 37. Rurſus ſolipeda animalia, vtpote ἀμφώδοντα vtrimque dentata, et dentes inter ſe committere poſſunt; et ſub breuem herbam dentes ſubiicere queunt. Quem locum Galenus exponens ait: σαρκάζειν dixiſſe, non de iis, quae ruminant, ſed de iis, quae vtrimque dentes habent: quae ἀμφώδοντα graece nuncupantur. EUST. Heſ. ἀμφώδων nominari καὶ ἐπὶ τῶ ἄνω καὶ κάτω ὀδόντας ἔχοντας.

n. Hanc dictionem librarii negli-

καὶ καλεῖται [1] Συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος.

Ἀπόπτωσιν) τὴν τῶν ἐπιδέσμων [2] ἄνεσιν.

o [3] Ἀντικοτάινουσι) πρὸς τὸ ἐναντίον βιάζονται.

p Ἀπόπατοι) αἱ [4] ἀφοδεύσεις.

q Ἀέτωμα) ἡ στεφάνη τοῦ δώματος.

r [5] Ἀπὸ τόκου νοσημάτων) ἀπὸ γεννήσεως, φησί. Ἀλ-

[1] συρμαθισμὸς *MS. D.* [2] ἄρνεσιν *MS. D.* [3] ἀντικουτέουσι *Foeſ. ex coniectura.*

negligentia ex duabus conflatam eſſe ſuſpicor; nam in ſecundo de artic. t. 50. p. 483. v. 31. Si vero quis facile vomat, vomat ἀπὸ συρμαϊσμοῦ ex moderata aliqua purgatione. In cuius expoſitione Galen. ait: συρμαϊσμοὺς vocabant antiqui mediocres euacuationes, ſiue per ſeceſſum, ſiue per vomitiones fierent. Aduertendum eſt perperam in quibuſdam codicibus ſcribi συρμεσμοὺς. In aliis vero συρμαϊσμοὺς, non male. Nam Paulus Aegineta L. I. c. 100. inquit: Vomitiones ante cibum Graecis συρμαϊσμοὺς appellari. Praeterea ignorandum non eſt, quod συρμαῖα, ſiue συρμαΐα Gal. teſte in Exeg. eſt eorum, quae in ventre ſunt, moderata purgatio. Putant aliqui ſic dictam fuiſſe raphanum, quod ad concitandum vomitum eſſet idonea: ſecundum alios, eſt cibi genus, quod veteres ex adipe et melle concinnabant, vel potio ex ſale et aqua miſtis apta ventri purgando. Hermolaus Barbarus libro ſecundo Corollarii, c. 338. alterum genus raphani ſyrmaeam ab Herodoto vocari teſtatur. Sunt e Graecis, qui ſyrneam apud Iones genus oleris apio ſimilis accipiant: itemque pro edulio ex adipe et melle: ſed ſyrmeam legi malo, quam ſyrneam. Ceterum ſyrmaeam ſeu ſurmaeam pro ſucci quodam genere, ſeu paſſum, ſeu defructum id ſit, ab Hippocrate ſumi, quod idem Hermolaus teſtatur, me latet: nuſquam enim reperio apud illum, quid in vino odorato, ſyrmaeaue ſumendum ſit. Sed ne meae diligentiae prorſus te committas, hoc per otium diligentius inquirere poteris. Haec enim expoſitio Erotiani interpretationi omni ex parte non reſpondet. EUST. Erotianus ἀπὸ συρμαϊσμοῦ depromſit hoc ex Hippocratis ἐν τῷ περὶ ἄρθρων loco, ἢν δὲ καὶ εὐήμετος ἔῃ, ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. Vbi Galenus ait vete-

res

gantur, atque huiuſmodi purgationis modus *συρμαϊσμὸς* appellatur.

'Απόπτωσιν) vinculorum excidentiam.

'Αντικοταίνουσι) in contrarium coguntur,

'Απόπατοι) excrementa.

'Αέτωμα) domus faſtigium.

'Απὸ τόκου νοσημάτων) a generatione dicit.

'Αλ-

[4] *ἀμφοδεύσεις MS. D.* [5] *Foeſ. cenſet legendum ἀπότοκους νοσημάτων, ἀπογεννήσεις φησί.*

res *συρμαϊσμοὺς* appellauiſſe, *τὰς μετρίας κενώσεις, εἴτε διὰ τῆς ἕδρας, εἴτε καὶ δι' ἐμέτων γίγνοιντο.* Sed apud eumdem *συρμεσμοὺς* mendoſe legimus. ST. Cf. Foeſ. p. 601.

o. In Mochlico p. 508. v. 16. reperio *κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς, πλάγιον ξύλῳ τῷ σώματι ἀντικοτέουσι*, hoc eſt: ſuper ſanum crus lignum tortuoſo corpore in contrarium coguntur; vel vt Caluus vertit: corpori renituntur. Numquid autem pro *ἀντικοτέουσι*, legendum ſit *ἀντικοτένουσι*, aliorum ſit iudicium. EUST. Apud Hippocr. *ἐν μοχλικῷ* legitur *ἀντικοτέουσι.* ST. Quod Foeſii coniecturam firmat.

p. Tertio de art. t. 51. p. 487. v. 49. Vrinae ergo talibus magis ſupprimuntur, itemque *ἀπόπατος* alui egeſtio, quam his, qui extra gibboſi fiunt. EUST. Suidas *ἀπόπατον* explicat *ἄφοδον.*

q. Eſt acumen tecti, quod aquilarum alas refert. Galen, in Exeg. inquit: eſt culmen in ſublime erectum inſtar trianguli. Tertio de artic. t. 23, p. 485. v. 6: de vertebrarum ſpinae luxatione: Scala ita praeparata attrahenda eſt ad turrim altam, vel ad *ἀέτωμα* culmen ſeu lacunar domus. In cujus expoſitione Galenus inquit: Turrim dixit *τύρσιν*, culmen vero domus, hoc eſt, altiſſimam partem ipſius *ἀέτωμα.* Ita enim appellant eam tecti partem, quae attollitur in ſpeciem trianguli. Maiores igitur ad exemplum alarum demiſſarum hanc partem domus ab aquila videntur *ἀετὸν* appellaſſe, quo vocabulum tectum intelligebatur. EUST. Foeſius p. 6. plures huius vocis ſignificatus tradit.

r. Duas priores voces ſeiunctas non reperio: ſed *ἀποτόκους νοσημάτων* in tertio de artic. t. 54. p. 488. v. 25. de his, quae iudicationem morbi inducunt: Quae vero debiliora, noxia, ita vt et *ἀποτόκους νοσημάτων χρονίους* diuturnos morbos generent:

Sic

[s] Ἀλθέξεσι) θεραπείαις.

[r] Ἄνωδον) βαθμὸν, καὶ οἷον [1]οὐδὸν, ἣν καὶ Φλίαν καλοῦμεν.

[t] Ἀπομυλλήνη) τοῦτο γίνεται ὅταν διαστροφὴ καὶ οἷον σπάσμα περὶ τὴν γένην μετὰ [2]παρέσεως σχῇ, μάλιστα δ' ἐκ πληγῆς.

[u] [3] Ἀνήκεστον) ἀθεράπευτον· Ἀνυπομένητον.

[x] Ἀρβύλαι) ὑποδήματος εἶδος.

[y] Ἀνδάνει) ἀρέσκει.

[z] Ἀριθμοὺς) τὰ ὀνόματα οὕτω καλεῖ.

Ἀκε-

[1] *τὸν οὐδὸν legendum coniicit Foeſ.* [2] *παρέσιος MS. D.*

Sic vertit Germanus interpres praetermiſſa voce *ἀποτόκους*. Alii, et quidem melius, vt et diurnos morborum exortus efficiant. EUST. v. Foeſ. p. 86. Heſ. *ἀπογεννήσεις γεννημάτων*.

s. Tertio de art. t. 65. p. 489. v. 14. Vbi vero tale quippiam relinquitur, neque *ἀλθέξι* curatione ad bonum habitum reſtituitur, deterius quid eſt, ſi iuxta ipſum os mucoſitas relicta fuerit. EUST. Alias quoque *ἄλθαξις* dicitur, vide Foeſ. p. 30.

t. Hippocrates verbo *ἀπομυλαίνειν* vtitur ſecundo de art. t. 30. p. 481, v. 19. de habena mento danda. Vt potiſſimum cautio ſit, ne maxilla *ἀπομυλαίνει* in acutam figuram ducatur. Galen. in com. legit *ἀποσμιλαίνει*, ſicut et Aldinus codex. Exegeſis habet *ἀπομυλήνας*, hoc eſt, protendens labra comprimendo. Haec omnia cum Erotiani interpretatione conferes, et num ea a Galeni ſenſu differat, expendes. EUST. Heſ. *κύλλον, καμπύλον, σκολιὸν στρεβλόν*. Euſtath. *μυλλὸν τὸν διεστραμμένον τὴν ὄψιν*.

u. Secundo de rat. vict. acut. t. 40. p. 372. v. 43. Quae vero ab initio committuntur peccata, non ſimiliter vt illa *ἀνήκεστοι* medelam omnem reſpuunt: ſed *πολλῷ εὐακεστότεραι* multo facilius curationem admittunt. Tertio de art. t. 103. p. 493. v. 24. Quid enim opus eſt de his, quae *ἀνηκέστων* incurabilia iam facta ſunt, amplius tractare? Et v. 26. Oportet enim *ἀκέστα* curabilia ita tractare, vt ne *ἀνήκεστα* incurabilia fiant: ea intelligentia, vt quam maxime prohibeamus, ne ad hoc deueniant, vt *ἀνήκεστα* incurabilia reddantur. Oportet autem et *ἀνήκεστα* incurabilia cognoſcere, vt ne maxime laedant. Praedictiones autem ſplendidae ſunt ac glorioſae

'Αλθέξεσι) curationibus.

"Ανωδον) gradus et quaſi ὀδὸν, id eſt, limen, quod etiam φλιὰν appellamus.

'Απομύλληνη) hoc fit, quum contorſio et quaſi convulſio in gena μετὰ παραίσεως, hoc eſt, indecore, vel vt aliud exemplar habet, μετὰ παρεσέως, hoc eſt, cum relaxatione fit, maxime vero ex percuſſione.

'Ανήκεςον) immedicabile, intolerabile.

'Αρβύλαι) calceorum genus.

'Ανδάνει) placet.

'Αριθμὸς) nomina ſic vocat.

"Ακε-

[3] *ἀνάκεςον forte legendum Foeſ. ex St. cenſet.*

rioſae ex cognitione, quo, et qualiter, et quando ſingula deſinant, ἢ τὲ εἰς τὸ ἄκεσον τράπηται, ἢ τὲ εἰς τὸ ἀνήκεσον, hoc eſt, ſiue eo vertantur, vt incurabilia fiant, ſiue curationis ſpem exhibeant, ſic vertit Germanus interpres. Alii vero hoc pacto: Siue in curabilem, ſiue in incurabilem affectionem conuertatur. EUST. v. Foeſ. p. 59.

x. Galenus in Exeg. interpretatur, calcei alti. Quarto de art. t. 13. p. 495. v. 27. Vbi vero calcei ratio habenda eſt, 'Αρβύλαι Arbylae lutigradae calceamenti ita appellati ſpecies accommodatiſſimae exiſtunt, ſic vertit Germanus interpres. Alii, qui per loca luto plena geſtari ſolent πηλοπάτιδες nuncupati. In cuius expoſitione Galenus inquit: 'Αρβύλας calceamenti genus eſſe cavum, quod arcte pedem vniverſum exquiſite vſque ad talos complectitur. Manifeſtum autem eſt eiuſmodi eſſe ex eo, quod Hippocrates ſubiicit, cum inquit: Πηλοπατίδες nuncupatur a luto, quod πηλὸς dicitur et πατεῖσθαι calcari. Si πηλοβατίδες ſcribatur a luto ſimiliter et a verbo βαίνειν ambulare: quum qui his vtatur, tuto in luto ambulet. EUST. Cf. Foeſ. p. 89.

y. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 8. p. 368. v. 21. Mihi vero ἀνδάνει placet, vt in vniverſa arte mentem adhibeamus. EUST. V. Foeſ. p. 17. Et ſic Heſ. ἄνδανον, ἀρέσκον, εὐάρεςον.

z. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 8. p. 368. v. 18. Ceterum ἀριθμὸς numeros ſingulorum morborum clare pronuntiare volentes, non recte ſcripſerunt. Non enim εὐαρίθμητον facile ſit enumerare, ſi ex eo quis aegrotantium

[a] Ἄκεσιν) ἰάμασιν.
[b] Ἀνάκιστον) ἀνίατον.
[c] [1] Ἀκρόπλοα) τὰ ἐξ ἐπιπολῆς ἐμπλέοντα.
Ἀφραίνοντος) ἀφρονοῦντος.
[d] Ἀεικές) αἰσχρόν. Καταγέλαστον.
[e] [2] Ἀναΐσσει) ἀνορμᾷ.
[f] Ἀείρειν) προσφέρειν.
[g] Ἀρτίως) ἀπηρτισμένως.

Ἀχιλ-

[1] *ἀκρόπλουν MS. D.*

tium morbos aeſtimet. In quo loco Germanus interpres Galenum ſequutus vertit numeros. Sed niſi obſtaret eius auctoritas, appoſitiſſime verteretur, *ἀριθμοὺς* nomina, et *εὐαρίθμητον* facile nominans. Coniectura autem ducor *ἀριθμοὺς* pro nominibus hoc loco Hippocratem vſurpaſſe, quod ſtatim ſubiungit: ideo non putet eumdem morbum eſſe, ſi non idem *ὄνομα* nomen (pro quo ſupra *ἀριθμοὺς* dixit) habeat. EUST. V. Foeſ. p. 92.

a. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 4. p. 368. v. 10. Verum quod etiam paucis numero vſi ſunt *ἀκέεσιν* medicamentis. Scribitur vt vides per duplex *εε*. EUST. V. Foeſ. p. 16.

b. Aliqui codices habent *ἀνάκιστον*. Parum vero ſupra habes *ἀνήκεστον*, immedicabile intolerabileque expoſitum, cuius exempla plura habes in eius annotatione. At *ἀνάκεστον* vel *ἀνάκιστον* nullibi inveni. EUST. Fortaſſe *ἀνάκεστον* legendum eſt per *ε*, vt ſit pro *ἀνήκεστον*. ST. Et ſic edidit Euſtachius et Iunta.

c. Galenus in Exeg. inquit *ἀκρόπλοα* ſuperne, et tanquam in ſummo nauigantia; ita quoque *ἀκρόπλοοι*, qui in ſummo nauigant. Primo de morb. p. 132. v. 40. Eodem porro modo etiam venae in latere afficiuntur, quae intus *ἀκρόπλοα* in ſuperficie ſitae ſunt. EUST. Vocem *ἀκρόπλοα* reperio lib. *περὶ νούσων α΄, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τοῦτον καὶ τὰ ἐν τῷ πλευρῷ φλεβία πάσχει, ὅσα ἔσω ἀκρόπλοά εἰσιν.* ST. V. Foeſ. p. 24.

d. Secundo de rat. vict. morb. acut. t. 48. p. 373. v. 23. *Ἀεικὲς δὲ*; Indecorum etiam eſt ob vaſorum vacuationem debilitatum non cognoſcere, et victu premere. EUST. Cf. Foeſ. p. 6.

e. Libro de morb. virg. p. 213. v. 16. Sanguis non habens effluxum, prae multitudine *ἀναΐσσει* reſilit ad cor. Secundo de morb. mul. p. 282. v. 22.

Ἄκεσιν) medicamentis.
Ἀνάκεστον) inſanabile.
Ἀκρόπλοα) in ſuperficie natantia.
Ἀφραίνοντος) delirantis.
Ἀεικὲς) turpe, ridiculum.
Ἀναΐσσει) impetuoſe fertur.
Ἀείρειν) ori admouere.
Ἀρτίως) exacte.

Ἀχιλ-

a ἀναΐσσεις *MS. D.*

v. 22. de inflammatione vteri. Et ſtomachus et venter omnino non continent cibum, et vociferatur, et ἀναΐσσει exilit, et pectinem dolet. EUST. V. Foeſ. p. 46.

f. Locus eſt L. II. γυναικ. p. 270. 18. v. Foeſ. p. 6. Sic quoque Heſychius exponit.

g. Primo aphor. t. 20. p. 390. v. 44. Quae iudicantur et iudicata ſunt ἀρτίως integre, neque mouere oportet, neque nouare. In cuius comm. Galenus inquit: Quod in aphoriſmis ἀρτίως integre dixit, hoc in libro de humoribus commutans ἀπαρτὶ perfecte nominauit. Eſt autem huius nominis ἀπαρτὶ apud alios antiquos ſignificatus, pro cumulate, plene, atque indeficienter: quae omnia etiam hoc loco per ἀρτίως integre debemus accipere. Neque enim per id verbum dies pares oportet intelligere. Neque enim haec dictio ἀρτίως hoc loco ſignificat nuper. Neque enim ſimpliciter dixit ἀρτίως, hoc eſt, nuper iudicata, ſed quae iudicantur, et iudicata ſunt: quorum alteri quidem, iudicata, aduerbium ἀρτίως nuper poſſet conuenire: alteri vero iudicantur, nullo modo; haec Galenus. Hunc aphor. repetit Hippocrates ſecundo de humor. t. 13. p. 115. v. 27. Sed pro ἀρτίως ponitur ἀπαρτὶ, vt Galenus monuit, qui in eius commento ita ſcribit: Si morbus iudicatus ſit ἀπαρτὶ, hoc eſt, perfecte: in quam ſignificationem vſus eodem aduerbio eſt Hippocrates, in ſecundo de ratione vict. morborum acutorum. Sed quod hic ait ἀπαρτὶ, in aphoriſmis dixit ἀρτίως, hoc eſt nuper. Etenim ſi in aphoriſmis pro verbo ἀρτίως, hoc eſt, nuper, ſcriptum eſſet ἀπαρτὶ aut integre et perfecte, nullus ſcrupulus iniectus eſſet de verbi ἀρτίως ſignificatione. Quidam enim volunt ἀρτίως ſignificare in diebus ἀρτίαις paribus, quod minime verum eſt. Hactenus Galenus. In cuius expoſitione

h [1] Ἀχιλληΐδες) κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς.

i [2] Ἀθέρας) τὰ ἄνω τῆς κριθῆς λεπτότατα.

k Ἀλυκτέει) οὐκ ἠρεμεῖ.

l [3] Ἄναλτον) ἄλφιτον, τὸ μικρὸν καὶ ἀναυξές.

m Ἄρτον ἐγκρυφίαν.) παρ᾽ Ἀττικοῖς οὕτως ὀνομάζεται ὁ συντιθέμενος ἔκ τε φοινίκων λιπαρῶν, καὶ ἀλεύρου, καὶ ὕδατος. Εἰκὸς δὲ [4] λέγειν τὸν ἐν θερμοσποδιᾷ ἐγκρυβέντα ὀπτηθῆναι, ὃν τοῦρταν καλοῦσιν.

Ἀν-

[1] Ἀχιλληΐδας *Foeſ.* [2] *ἀθέρα MS. D. et ſuſpicatur Foeſ. ſic legendum eſſe, quidam etiam vere ſic legunt.*

tione aduertendum eſt, perperam ab eius interprete ἀρτίως, hoc eſt, nuper, bis verti. Nam praeterquam quod nihil ipſum cogit ἀρτίως pro nuper hoc in loco interpretari, in eum errorem etiam labitur, de quo Galen. in primo aphoriſm. t. 20. antiquos reprehendit. EUST. Hippocrates ἀρτίως pro ἀπηρτισμένως dixit in hoc aphoriſmo: τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινεῖν, μὴ νεωτεροποιέειν. ST. Hanc ſignificationem Steph. ex Heſychio depromſit.

h. Galenus in Exeg. habet Ἀχιλληϊάδας κριθὰς, hordea bene habita, et magna a quodam Achille agricola Brabonii, vt aiunt nominata. De hordeo, quod Ἀχιλλεῖς Achilleum dicitur tractatur a Theophraſto L. III. de cauſ. plantar. c. 27. et VIII. de hiſtoria, c. 4. Tertio de morbis p. 165. v. 19. de frigefactoriis potionibus in febre ardenti: Τοῦτο δὲ κριθὰς Ἀχιλληΐδας, hordeum Achilleum magnum ac plenum heminae menſura ſiccato. EUST. Dicitur et a Theophr. ll. ll. Ἀχίλλειος κριθὴ, Ἀχιλλεῖς, et Ἀχιλλιάς.

i. Foeſius p. 7. fuſius commentatur in hunc locum.

k. Vide Foeſ. p. 33. in voce ἀλύζει.

l. Galen. in Exeg. ἄναλτον ſine ſalibus et inſulſum interpretatur. Libro de internis paſſionibus p. 199. v. 27. Piſcibus autem vtatur gobio etc. et in iuſculum ne intingat, et ἄναλτοι inſulſi ſint piſces. Secundo de morb. mul. p. 264. v. 29. Et ἄλφιτα polentae recentes, tenues in aqua madefacta, ἃ καὶ ἐλλείχειν ἄναλτα, quas etiam inſulſas delingere prodeſt. Et p. 270. v. 44. Haec miſce, et caſei ſint partes duae, reliquorum vero et τῶν ἀνάλτων ἀλφίτων polentae non ſalſae pars vna.

Quae

Ἀχιλληΐδες) hordei ſpecies, de qua meminit Ariſtophanes et Sophocles.

Ἀθέρα) ſuperiores hordei partes tenuiſſimae.

Ἀλυκτέει) non quieſcit.

[3]Ἄναλτον ἄλφιτον) paruum et quod non creſcit.

[4]Ἄρτον ἐγκρυφίαν) ab Atticis ita appellatur panis, qui conſtat ex pinguibus palmulis, farina et aqua. Conſentaneum vero eſt dicere, hunc in calido cinere tectum coqui, quem etiam Τέρταν appellant.

Ἀν-

[3] *ἄναλτον ἄλφιτον) legendum, non ἄναλτον) ἀλφ. quod et Euſt. et Foeſ. bene animaduertunt.* [4] *λέγει MS. D.*

Quae exempla Erotiani expoſitioni nullo modo quadrant. Is enim, vt coniicio, eam vocem dici arbitratur ab ἄλλομαι, quod ſignificat attolli, quod farinae fermento admixtae accidere ſolet, indeque fortaſſe ἄναλτον ἄλφιτον dicitur farina vel polenta, quae ob fermenti carentiam, nec intumeſcit, nec attollitur. Hanc tamen coniecturam nullis exemplis confirmare poſſum. EUST. V. Foeſ. p. 50. cum Erotiano conſentit Heſychius.

m. Secundo de diaeta p. 92. v. 37. et 38. Et furfuracei ἄρτοι panes magis alunt, quam focarii, et vernarii, propterea quod minus exuruntur ab igne. Clibano autem cocti, et ἐγκρυφίαι ſubcineritii ſicciſſimi ſunt. Primo de morb. mul. p. 242. v. 2. Oua ſorbenda dato, et ἄρτον ἐγκρυφίην panem cineritium edendum. Et libro ſecundo p. 269. v. 2. Veſperi vero coenet carnem volueris modicam aſſatam, et ἄρτον μικρὸν ἐγκρυφίην panem modicum ſubcineritium. Septimo de morbis vulgar. p. 353. v. 5. de Eratolai filio: Ἄρτος panis erat ad menſuram dimidiae choenicis ἐγκρυφίης ſubcineritius. Sunt qui velint ἐγκρυφίαν eſſe genus panis, qui et ἀγοραῖος forenſis et vendititius dicebatur. Puto ego nomen tortae vocatae antiquum eſſe, quia Erotianus inquit, nonnullos hunc τέρταν appellare. EUST. Vide Meurſii Gloſſ. p. 571. Italicum Torta, ſcribitur etiam τόρτα, placenta, corona pretioſa. v. ibid. p. 569. Tortulas exponunt SS. Librorum interpretes. Vide Mercurial. Lectt. varr. L. II. c. 5. p. 74. cui Erotiani verba ſuſpecta ſunt.

n [1] Ἀνδράπαξ) βοτάνης ὄνομα.

o [2] Ἀνάσσυτος) ἀνόρμητος.

p Ἄρδαλον) ῥύπον ἢ [3] μολυσμόν. Καὶ γὰρ τὸ [4] μολῦναι ἢ ῥυπᾶναι, Ἀρδαλῶσαι λέγεται, καὶ Ἄρδαλος ἄνθρωπος, ὁ μὴ καθαρῶς ζῶν. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Φερεκύδης ἐν Θαλάττῃ, καὶ Φιλήμων ἐν Πανηγύρει.

Ἀναίνονται) ἀπαρνοῦνται.

q [5] Ἀγριαθῶσιν αἱ μῆτραι) τουτέστιν ἄγριας [6] χρήζουσιν. Ἀντὶ τοῦ, συλλήψεως ἀπὸ τῆς ἐμμήνου καθάρσεως. Οὕτω δὲ ἀκουστέον καὶ τὸ Ὀδαξηθῶσι. Πεποίηται δὲ ἀπὸ τῶν ἀγορευομένων ζώων.

r Ἄλφιτα προκώνια) τὰ γινόμενα ἐκ τῶν φρυκτῶν κριθῶν οὕτως Ἀττικοὶ καλοῦσι.

Ἀμ-

[1] *ἀνδράφαξ in vet. exempl. margine. St.* [2] *ἀνάσιτος quaed. MSS. et alia ἀνάσυρτος falſo, notante St.* [3] *μοχλυσμὸν MS. D.* [4] *μολύναι vulgg.*

n. Secundo de diaeta p. 95. v. 18. Ἀνδράφαξις atriplex humida eſt, non tamen alvum mouet. Primo de morb. mul. p. 238. v. 7. de his, quibus intus manens ſemen viri, computreſcit. His *ἀνδραφάξιος* atriplicis ſemen, aut ſuccum cum melle, aut cum cumino delingendum dato. Dioſcoridi vocatur haec herba *ἀτράφαξις*, vnde coniicere poſſumus exemplar Erotiani eſſe deprauatum, et pro *ἀνδράπαξ* ſcribendum eſſe *ἀνδράφαξ*, vel *ἀνδράφαξις*. EUST. In cuius exemplari eſt *ἀτράφαξ* et *ἀτράφαξις* vitioſe ex Theophr. procul dubio hiſt. plant. L. I. c. 13. cui ſaepius quoque *ἀνάφραξις* dicitur haec herba.

o. Secundo de morb. mul. p. 269. v. 22. Si vero ad cor progreſſi vteri ſuffocent, et *ἀνάσσυτος* concitatus fuerit aer violentus, anxia eſt, et vomit. Germanus interpres vertit, aer impeditus violenter attrahatur. EUST. Vide Foeſ. p. 53.

p. V. Foeſ. p. 41. Heſ. explicat *ἄρδα, κολυσμόν*.

q. Secundo de morb. mul. p. 278. v. 42. *Ἢν ἀγρηθῶσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾶ, καὶ σμαραγεῖ*, hoc eſt, ſi inflati fuerint vteri, venter attollitur, et inflatur, et ſonitum edit. Sic vertit Germanus interpres. Calvus, ſi vuluae dureſcant, exaſperenturue. Forte melius eſſet ſequi Erotianum, et ſic ver-

Ἀνδράπαξ) herbae nomen.

Ἀνάσσυτος) animo concitatus.

* Ἄναυδος) ſine voce, αὐδὴ enim vox.

Ἄρδαλον) ſordes, vel inquinamentum. Etenim inquinare, vel ſordere ἀρδαλῶσαι dicitur, et ἄρδαλος homo, qui non pure viuit. Meminit huius vocis et Pherecydes in Mari et Philemon in Panegyrico.

Ἀναίνονται) recuſant.

Ἀργηθῆναι αἱ μῆτραι) venationis indigent, id eſt, conceptionis, a menſtrua purgatione. Sic enim intelligendum eſt καὶ τὸ ὀδαξηθῶσι, hoc eſt, dentibus corrodentur. Facta autem eſt haec vox ab animalibus venatione captis.

Ἄλφιτα προκώνια) quae fiunt ex hordeo torrido, ſic Attici vocant.

[5] *ἀγρηθῶσιν MS. St. ἀγρηστῶσιν Chart. c η ap. Hipp. ſed aliis ἀγριωθῶσιν. Ex coniectura πρηθῶσιν Foeſ. ἀγρηθῆναι Euſt.* [6] *χρήζωσιν vulgg.*

* Quum hanc vocem, de qua ſuperius tractauit, inutiliter repetat Erotianus, dicere cogimur hunc libellum eſſe fragmentum eorum, quae ipſe ſcripſit, ab aliquo imperito ſine ordine collectum. EUST. Hanc vocem in graecis exemplaribus, quotquot vidi, omiſſam reperi.

vertere. Si conceptione indigent vteri, venter attollitur, et inflatur, et ſonitum edit. Videtur autem mihi legendum eſſe pro ἀγρηθῆναι, ἀγρηθῶσιν, quia ſtatim ſubiungit ὀδαξηθῶσι. Vatic. codex pro ἀγρηθῶσιν legit προθέωσιν, ſed perperam. EUST. Apud Hippocr. legitur ἀγρηθῶσιν per η, περὶ γυναικειῶν L. II. vbi ſcribitur ἢν ἀγρηθῶσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾶ καὶ σμαραγεῖ. ST. Prouocat autem Foeſ., ſubſtituens πρηθῶσιν, ad locum de nat. mul. p. 224. 35. et habet Heſychium conſentientem, qui πρῆσαι per φυσῆσαι explicat.

r. Galen. in Exeg. exponit, quae ante coni ſiue metae erectionem fiunt; hoc eſt ex recentibus et teneris hordeis: nam et hodie in areis conus quidam erigitur, praeſertim locis pluuiis: eſtque lignum rectum, circa quod fructus in coni formam componuntur. Secundo de morbis

s [1] Ἀμφίδιον) τὸ πέριξ τοῦ τῆς μήτρας τραχήλου.

t [2] Αἰολᾷ) πλανᾶται.

u Ἄγνου) λύγου. Ἔστι δὲ ὄνομα φυτοῦ· ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς, λέγων, Ἄγνου τε βρύα λευκὰ καὶ [3] ἐμπρίοντ' ὀνόγυρον.

[4] Ἀγλαΐζεται) [5] καλλωπίζεται. Καὶ Ἀγλαὸν, τὸ καλόν.

x Ἀρικύμων) μεγαλοκύμων.

y Ἀχώρ) ἐξανθήματος εἶδος, καθ' ὃ συμβαίνει [6] κολλώδης ὑγρασία, καὶ οἷον [7] πιτυρώδεις λεπίδας ἐπιφέρεσθαι. Μάλιστα δὲ [8] περὶ τὴν κεφαλὴν εἴωθε γίνεσθαι.

ἈΡΧΗ

[1] *ἀμφιδέον ap. Chart. ex Hipp. quod etiam notauit Foeſ. et ſic Euſt.* [2] *αἰολᾶται Euſt. et Foeſ.* [3] *ἐμπριόντα MS. D.*

morbis mul. p. 264. v. 29. Καὶ ἄλφιτα προκώνια et polentae recentes tenues in aqua madefactae, quas etiam inſulſas delingere prodeſt. Aldinus codex habet προκρήνια, quae vox eſt mihi prorſus ignota. Galenus in Exegeſi dicit προκώνια eſſe farinas ex nouis hordeis. Alii autem, ſolas ex non arefactis. Poſteriores, triticum toſtum eſſe volunt. EUST. V. Foeſ. p. 530. Pollux explicat τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν, et Heſ. τὰ ἐκ τῶν μὴ πεφυραμένων κριθῶν ἄλφιτα.

s. Ruffus Epheſius, libro primo de partium humani corporis appellationibus c. 31. Colli vteri oſtium, primus meatus, Hippocrates graece ἀμφίδιον, a rotundi ferri, quo praefiguntur aratra, ſimilitudine vocat. Galen. in Exeg. dicit eſſe rotundam oris vuluae extremitatem, labris cucurbitulae ſimilem, per tranſlationem a mulierum armillis vocatam, quae ἀμφίδεα ipſae quoque nominantur ab eo, quod eſt orbem comprehendere, et tanquam circumligare. EUST. Et hic et apud Hippocr. ἀμφίδεον legi debet, non ἀμφίδιον, vt ex etymo vocabuli apparet, quod a Galeno traditur. ST. Vide Foeſ. p. 42.

t. Galenus in Exeg. habet αἰολᾶσθαι, quod ſignificat quaſi vagari et errare. Secundo de morb. mul. p. 282. v. 46. de eryſipelate vteri. Et

Ἀμφίδεον) id quod eſt circa collum vuluae.

Αἰολᾶται) vagatur.

Ἄγνȣ) viticis. Eſt autem nomen plantae, vt etiam teſtatur Nicander in Theriacis: Viticis germina alba colligantia Onogyrum.

Ἀγλαΐζεται) ornatur et pulcrum ſe reddit.

Ἀρικύμων) hoc eſt, μεγαλοκύμων. Maximis vndis tumens.

Ἀχώρ) puſtulae ſpecies, ex qua contingit glutinoſam humiditatem, et quaſi furfuraceas ſquamas circumferri. Maxime vero in capite naſci conſueuit.

[4] *ἀγλαΐζηται MS. D. forte ἀγλαΐζει Foeſ.* [5] *καλλωπίζηται MS. D. forte καλλωπίζει Foeſ.* [6] *κολλώδη MS. D.* [7] *πιτυρώδης MS. D.* [8] *παρὰ MS. D.*

Et triſtatur et *αἰολᾶται τῇ γνώμῃ* mente variatur, ſeu vagatur. EUST. Suidas *αἰολλει*.

u. Libro de affect. p. 186. v. 6. Crudis vero ramni foliis, aut *ἄγνȣ* viticis, aut ſalviae, aut tithymalli. Primo de morb. muliebr. p. 245. v. 25. *Καὶ ἄγνȣ καρπὸν*, viticis item fructum in vino bibendum dato. Et p. 256. v. 15. Bibendum autem dato *ἄγνȣ καρπὸν* viticis fructum. Et p. 257. v. 30. et p. 258. v. 3. Et libro ſecundo p. 285. v. 25. Si ſanguis largus ex vteris fluat, *ἄγνȣ* viticis folia cum vino nigro dato. Et p. 286. v. 36. Si pecten prae fluxu aquoſo doleat; *ἄγνȣ καρπὸν* viticis fructum cum melle terito, et in cataplaſmate pectini probe adhibeto. Nicandri locus eſt non longe a principio libri. EUST. Locus eſt in Theriac. v. 71. dicitur *ἄγνος caſtus flos, καὶ ἀγονός τις ὤν*.

x. Galenus in Exegeſi exponit, quae cito praegnans redditur. EUST. Loca laudat Foeſ. p. 93. Heſych. reddit *εὐσύλληπτος*.

y. Libro de alimento, p. 110. v. 44. Vlcus, cruſta, ſanguis, pus, ſanies, lepra, furfur, *ἀχώρ* vlcera capitis manantia, ſic vertit Germanus interpres. Caluus vero ſanies. EUST. V. Foeſ. p. 116.

ἈΡΧΗ ΤΟΥ Β.

[a] Βιώμενον) βιοῦντα.

Βαιόν) τὸ ὀλίγον.

[b][1] Βοθρίας) [2] τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοιλίας ἕλκεσι νῦν λέγει.

[c][3] Βολιτά) τὰ μικρὰ βόλβια.

Βρύχιον) τὸ οἱονεὶ βύθιον, καὶ κατὰ βάθους κείμενον.

[d][4] Βηχία) βοτάνης εἶδος, ὃ Βηκίαν καὶ Βήκιον καλοῦμεν.

[e] Βρυγμός) ἰδίωμα ποιοῦ ψόφου.

Βλι-

[1] *βαθρείας MS. D. βοθρίοις) τοῖς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοίλοις etc. Foeſ.* [2] *τοῖς MS. D.*

a. Hanc dictionem pro viuente non inuenio, ſed *βιώμενος* pro violentia vſurpatur ab Hippocrate; Secundo de morb. muliebr. p. 269. v. 22. Si vero ad cor progreſſi vteri, ſuffocent, et concitatus fuerit aer *βιώμενος* violentatus, anxia eſt, et vomit. Germanus interpres vertit; et aer impeditus *βιώμενος* violenter attrahatur. EUST.

b. Hanc vocem apud Hippocratem non inuenio. *Βοθρίον* Galeno in libro de definit medic. eſt cauum vlcus ac purum in nigro oculi. De quo Actuarius libro ſecundo c. 7. inquit: Ex vlceribus oculi, quod in cornea tunica oritur, cauum et anguſtum, ac purum, *βοθρίον* et foſſula nominatur. Paulus Aegineta libro tertio, c. 22. idem dicit. Galenus in libello de oſſibus c. 4. *βοθρία* dicuntur concauitates maxillarum, quas ſubeunt dentes, EUST. Cf. Foeſ. p. 123.

c. Hanc vocem pro bulbis, nec apud Hippocratem, nec apud Galenum inuenio, ſed pro ſtercore. *Βολιτὸς* enim attice ſtercus maxime aſinorum et boum ſignificat, quod *βολβιτὸν* dicitur. Secundo de morb. mul. p. 262. v. 18. Si os vteri non recte habuerit, *βόλβιτον* ſtercus bubulum ſiccum etc. pro fomento adhibeto. Et v. 26. *Βόλβιτον* ſtercus bubulum velut conchae teſtam efformato. Et infra etiam v. 37. Et p. 288. v. 4. *Βόλβιτον* ſtercus bubulum contuſum, aceti dimidia menſura etc. adhibeto. Et p. 289. v. 15. Omnia, quae in vnguenta iniiciuntur, tundito ac cribrato, et ſuper *βόλβιτον* ſtercus bubulum mittito. Et v. 17. addito etiam

PRINCIPIVM B.

Βιώμενον) viuentem.

Βαιόν) parum.

Βοθρίας) vlcera concaua in oculis nunc dicit.

Βολιτά) parui bulbi.

Βρύχιον) quaſi βύθιον, id eſt, ſummerſum, et in profundo iacens.

Βηχία) herbae ſpecies, quam βηχίαν et βήχιον appellamus.

Βρυγμός) idioma alicuius ſtrepitus.

[3] *βολβιδεῖα mauult Foeſ. nam βολιτά ſunt apud Heſ. ἀφόδευμα βοός.* [4] *βήκιαν MS. D. forte βήχιον tuſſilago ex conieſt. Foeſ.*

etiam metopo, et ſuper βολβιτῷ ſtercore bubulo ſuffito. In quibus locis exemplar Aldinum habet βολιτὸν et βολιτῷ. Si ſcriberetur βωλιτὰ cum ω melius eſſet. Nam βωλίτης boletum et fungum ſignificat, ſic dictum, vel quod conuolutum ſit, et quaſi globoſum, vel ἀπὸ τῦ βώλυ a bolo ſeu rubrica, qua pictores aurum ſuis operibus inducunt, a quo colore, fungos eos boletos nominaſſe veteres Romanos et Graecos veriſimile eſt. Marcellus Vergilius in Dioſcor. L. IV. c. 81. EUST. Foeſ. vt ſuae emendationis veritas conſtet, laudat περὶ γυναικ. L. II. p. 272. 28.

d. Apud Hippocratem hanc vocem inuenio, et pro herbae ſpecie et pro tuſſicula poſitam. Quarto de art. t. 22. p. 495. v. 41. Idonea etiam ſunt folia betarum, aut βηχίυ tuſſilaginis. Galen. in com. ait: Tuſſilago herba quaedam eſt, propoſito affectui ſalutaris, quum modice ſiccet. Dioſcorides L. III. c. 117. βήχιον deſcribit. Pro tuſſicula vſurpat hanc vocem Hippocrates, ſexto de morbis vulg. com. 8. t. 36. p. 351. v. 16. Cui fiſtula rumpebatur, βηχία tuſſiculae permanere impediebant. Et libro ſeptimo p. 367. v. 10. de fiſtula inteſtini: Et rurſus rumpebatur, et βηχία tuſſes permanere prohibebant. EUST. V. Foeſ. p. 121.

e. Galenus in Exeg. dicit ſignificare ſtridorem ex dentibus colliſis excitatum, nam βρύχειν eſt ſic ſtridere. Libro de carnibus p. 43 v. 39. Libro de ſuperfoetatione p. 49. v. 33. de ſignis conceptionis. Tertio de diaeta p. 106. v. 20. Secun-

[f] Βλιχῶδες) οἱ δὲ Γλισχρῶδες. Ἐπικλῆς μὲν φησι τὸ [1] λελιπασμένον [2] μετὰ [3] γλοιώδους ὑγρασίας ἀκαθάρτου. Εὐφορίων δὲ τὸ ἐκπεπιεσμένον καὶ κατάξηρον. Βακχεῖος δὲ καὶ Λυσίμαχος διὰ τοῦ π. γράφουσι [4] Πληρῶδες, σημαίνειν θέλοντες τὸ ἐξεπτυγμένον.

[ff] Βλακεύειν) ὀλιγωρεῖν, ἀλλά γε τὸ ἐπὶ πλεῖστον διατρίβειν, οὕτως εἴρηται. Ἔστι γὰρ εἶδος ἰχθύος λεγόμενον Βλέννα καὶ Βλακὸς, [5] ὃς ἐν τῷ συνουσιάζειν δυσαπολύτως ἔχει. Οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν [6] Ὄρνισι. Λέγεται δὲ κατ' εὐθεῖαν πτῶσιν Βλάξ. Βλακεύειν δὲ ἐστι τὸ μετὰ νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τὶ [7] πράττειν. Ὡς καὶ Πλάτων ἐν ά Πολιτείας φησὶ, Βλακικὸν δὲ ἡμῖν τὸ πλῆθος· ἀντὶ τοῦ, νωθρὸν καὶ ὀλίγωρον.

[g] [8] Βομβυλίου) ἔστι μὲν τὸ βομβύλιον, εἶδος μελίσσης· σημαίνει δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν, παρὰ τὸ τοῖς αὐλοῖς βομβεῖν. Ἔστι δὲ καὶ [9] βυκίου εἶδος στενοστόμου.

Βρύ-

[1] λελεπισμένον *Suid. ap. Hippocr.* λελιπασμένον, μὴ καθαρὸν *Foeſ.* [2] κατὰ *vulgg.* [3] γλιώδους *MS. D.* [4] πλιχῶδες *pro* πληρῶδες *MS. St.* πληχῶδες *Chart.* πλιχόδες *vulgg.* βληχῶδες *et* βλιχῶνως *Heſ. falſo.*

Secundo de morb. p. 149. v. 39. Et p. 151. v. 10. Libro de natura mul. p. 223. v. 27. et 47. Secundo de morb. muliebr. p. 265. v. 23. Et p. 279. v. 13. Et p. 283. v. 11. Libro de ſterilibus p. 291. v. 45. EUST. V. Foeſ. p. 129.

f) Hanc vocem non inuenio apud Hippocratem, ſed γλισχρῶδες. Libro de vulneribus capitis, p. 450. v. 41. de oſſe fracto, aut rupto, aut contuſo, per errorem derelicto. Et quod inflammatum eſt ex ipſo emoritur, et γλισχρῶδες viſcoſum fit, et apparet velut ſalſamentum, colore fuluum, ſubliuidum. Quidam pro πληχῶδες ſcribunt πληρῶδες. EUST. Apud Hippocr. de vuln. cap. non βλιχῶδες ſed γλισχρῶδες reperio, vbi ſcribit καὶ ἐπειδὰν τοῦτο γένηται, τὸ ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ τὸ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν ἐξ αὐτοῦ, καὶ γλισχρῶδες γίνεται. Alibi autem apud eumdem ſcriptorem legitur σὰρξ γλισχρανθῇ. ST. Cf. Foeſ. p. 123.

ff) Pro ὀλιγωρεῖν, id eſt, con-

Βλιχῶδες) Alii vero γλισχρῶδες. Epicles quidem inquit, quod eſt impinguatum humiditate lubrica et impura. Euphorion vero, quod expreſſum eſt, et aridum. Bacchius vero et Lyſimachus per π ſcribunt, πληχῶδες, ſignificare volentes quod detectum eſt.

Βλακεύειν) parui facere, etenim ita dicitur plurimum immorari; eſt enim genus piſcis, qui dicitur βλακὸς, qui in coeundo δυσαπολύτως, id eſt, * *difficulter* auellitur, cuius meminit etiam Ariſtophanes in auibus. Dicitur autem recto caſu βλάξ. Βλακεύειν autem eſt cum ſegnitie ac negligentia aliquid facere, vt inquit Plato in primo libro de republica: Βλακικὸν δὲ ἡμῖν τὸ πλῆθος. Βλακικὸν, hoc eſt, torpens ac negligens.

Βομβυλὶς) Eſt quidem βομβύλιον apis ſpecies. Significat etiam tibicinem, eo quod tibiis βομβεῖ, id eſt, ſtrepat. Eſt etiam et vaſculi ſpecies anguſti oris.

G 5 Βρύ-

[5] *ὡς vulgg.* [6] *ὄρνησι MS. D.* [7] *παράττειν MS. D.* [8] *βομβλὶς MS. D.* [9] *βικὶς mauult Foeſ.*

* difficile EUST.

contemnere, vel negligenter aliquid agere vſurpatur. Secundo de fract. t. 55. p. 463. v. 27. Porro ſi alterum tibiae os fractum fuerit, extenſione quidem debiliore opus habet, non propterea omittenda intentio eſt, aut βλακεύειν negligenda. Secundo de art. t. 45. p. 482. v. 29. de fractura naſi. Commodiſſime enim reſtituitur naſus fractus, praecipue eadem die, vel certe paulo poſt: Sed καταβλακεύουσι, torpent medici, ſic vertit Vidius. Germanus interpres, ſegniter agunt medici. Et com. 3. t. 83. p. 490. v. 24. de femore luxato: Quos tenera aetate calamitas haec inuaſit, plerique in dirigendo corpore καταβλακεύουσι negligentes ſunt. Et v. 26. καταβλακεύουσι negligentes item nonnulli ſunt in recte ambulando, ſic vertit Vidius. Germanus interpres, ad directionem tardi ſunt, et ad ambulationem rectam cunctantur. EUST. Cf. Foeſ. p. 122.

g. Libro tertio de morb. p. 163. v. 46. de pleuritide. Poſt balnea etiam vinum dulce et aquoſum bibendum eſt, non frigidum, modicum, ἐκ βομβυλίου, ex anguſti oris vaſculo. EUST. Haec poſtrema

h Βρύξαι τὰς ὀδόντας) ἤγουν βιαίως ἐνεργῆσαι, ὡς ἦχόν τινα [1] γίνεσθαι, τῶν κάτω πρὸς τὰς ἄνω κρουόντων.

i [1] Βύζην) ἀθρόως.

k [2] Βδελύξειν) συγήσειν.

l [3] Βάκχαρις) εἶδος βοτάνης, καὶ μύρου, οὗ καὶ Ἀριστοφάνης μέμνηται.

m [4] Βδελλάζηται) ἀμέλγηται. Εἴρηται δὲ παρὰ τὰς [5] βδέλλας.

Βολ-

[1] γενέσθαι MS. D. [2] βδελύξι et συγήσει ex coniect. Foeſ.

ma ſignificatio conuenit huic loco Hippocratis, de morbis L. V. καὶ οἶνον γλυκὺν καὶ ὑδαρέα προπίνειν μὴ ψυχρὸν, ὀλίγον ἐκ βομβυλίου εὐρυστόμου. Ceterum βίκος, cuius diminutiuum eſt βικίον, non autem βύκος, cum apud alios tum apud Xenoph. ſcriptum reperitur, quare et hic rectius legitur βικίον. ST.

h. Primo de morb. mul. p. 232. v. 28. Et venter ipſius durus erit, et maior quam prius, et βρύξει τὰς ὀδόντας dentibus fremet. Et p. 235. v. 7. de ſuffocatione repentina. Quaedam etiam τὰς ὀδόντας βρύχει dentibus fremunt. Et p. 242. v. 35. de partus purgamentis. Et tumet, et οἱ ὀδόντες βρύχουσι dentes ſtrident. Et libro ſecundo p. 278. v. 28. Et cor vibratur, et βρύχει dentibus frendit. EUST. Heſ. τρίζειν τὰς ὀδόντας.

i. Galenus in Exeg. exponit, cumulate, vel confertim. Aduertendum tamen eſt, in aliquibus exemplaribus perperam ſcribi βύξην. Primo de morb. mul. p. 234. v. 21. de copioſis menſibus. Semel aliquando multi deſcendentes, et βύζην cumulate prodeuntes, os vterorum impetu ſuo magis dilatant. EUST. V. Foeſ. p. 129.

k. Primo de morb. mul. p. 244. v. 21. de muliere ex partu nimis purgata. Aliquando etiam horror, et cibi faſtidium et omnino βδελύξεται abominabitur. Et v. 46. et cibum faſtidit, et vigilabit, et βδελύξεται abominabitur. EUST. Hinc βδελυγμίαι ſunt ναυσίαι Heſychio.

l. Galenus in Exeg. pro vnguento tantum exponit, quod in Lydia fit, de quo meminit Hippocrates in libro de natura muliebri p. 215. v. 9. de vteris agglutinatis. Et in coxam ſanam decumbat, et apponat βάκχαριν baccharim vnguentum, aut oleum album ad coxam ſanam. Et p. 218.

Βρύξαι τὲς ὀδόντας) hoc eſt, vehementer firmare dentes inferiores cum ſuperioribus, vt ſtrepitus quidam fiat.

Βύζην) cumulate.

Βδελύξειν) odio habere, odio proſequi.

Βάκχαρις) herbae ſpecies, et vnguenti, cuius etiam meminit Ariſtophanes.

Βδελλάζηται) emulget, dicitur autem ab hirudinibus.

Βολ-

[3] *βάκκαρις vulgg.* [4] *βθηλάξηται MS. D.* [5] *βδέλας MS. D.*

p. 218. v. 23. Si puerperae vteri in coxam incubuerint, aut ad lateris mollitudinem, ad ſanam coxam, oleum Aegyptium album, aut *βακχάριν* baccharim vnguentum apponere oportet. In quibus locis notandum, perperam in impreſſis exemplaribus hanc dictionem per duplex *κκ* ſcribi, et in latino codice per duplex cc. Secundo de morbis muliebribus p. 269. v. 43. Proinde ad vteros quidem lanam quam maxime fieri poteſt ad foramen apponito, ita, vt pennae obvolutam, vnguento albo, aut Aegyptio, aut *βακχαρίῳ* bacchario, aut amaricino tingas. Pro herba in eodem libro p. 284. v. 17. vſurpatur, de capitis dolore. Curetur autem ſic: Cucumeris ſilueſtris anniculi internam partem, fel tauri, florem aeris, cum *βάκχαρι* bacchare terito, et ſubdititia formato. EVST. Cf. Dioſc. L. III. 51. Plin. L. XXI. c. 6.

m. Galenus in Exeg. ait, *βδέλλῳ* in maiore de praedictione et ſecundo, vt inſcribunt quidam; Dioſcoridi placet varicoſam venam ſic vocari, mihi autem de hirudine proprie dici. Hanc ego vocem apud Hippocratem non inuenio, ſed *βδέλλαν* in ſecundo prorrh. p. 419. v. 26. vbi loquitur de his, quibus fauces implentur ſanguine: Huius, inquit, conſiderandae ſunt nates et fauces, an vlcus aliquod habere compareat in hoc loco, aut *βδέλλαν* hirudinem. Quod autem nonnulli noui medici de hac re Galenum ſubſannent, mirum non eſt: quandoquidem nemo doctus imperitorum reprehenſionem euitare poteſt. Sane bibere aquam, in qua hirudo ſit, nec rationi, nec experientiae repugnat: quandoquidem hominum negligentia maiores lapſus incurrit. Vt enim alia modo praeteream, noui hominem aquam impuram hirudinibus exi-

p [1] Βολβόν) βοτάνης ὄνομα.

o [2] Βατίδες) ἰχθύων ὄνομα.

p [3] Βρίσῃ) βαρύνῃ.

ἈΡΧΗ ΤΟΎ Γ.

[a] Γαργαρεών) τὸ κύριον ὄνομα τὸ ὑπὸ τὸν [4] ὑπερώαν νῦν λέγει. Ἡ γὰρ Σταφυλὴ, καὶ ἡ Κιονὶς, καὶ ἡ Ἱμὰς,

[1] *βόλβιον forte Foeſ.* [2] *βατίδος Euſt. et Iunt. ex operarum errore.*

exiguis, ac viſum paene effugientibus plenam bibiſſe, et ſanguinem multis diebus ſcreaſſe, ita vt medici de affectione vaſorum pulmonis dubitarent: cui amicus hirudinem faucibus adhaerentem auulſit: quam ſenſim creviſſe non dubito. EUST. In laudato quidem prorrh. loco quidam vocem *βδέλλαν* per *venam varicoſam* interpretantur, quam tamen explicationem reiicit Mercurialis, neque iniuria, in varr. lectt. L. I. c. 21. p. 48. et ex Herodoto docet hirudinem intelligendam eſſe. Et haec explicatio cum *ἀμελγήται* optime conuenit.

n. Galen. in Exeg. habet *βόλβιον*, de quo Hippocr. in libro de morb. mul. Proinde quidam bulbi nomine narciſſum ſignificari male ſunt arbitrati. Dioſcor. L. ſecundo c. 160. et 161. habet *βολβός*. Numquid autem idem ſit *βολβὸν* et *βόλβιον*? Et num exemplar Erotiani mendoſum ſit, et pro *βολβὸν*, *βόλβιον* legendum ſit, tu ipſe inquires? Ego enim vtramque vocem apud Hippocratem invenio: Primo de morb. mul. p. 257. v. 22. de foecunditatis experimentis. Aut *βόλβιον* bulbion ex tritico tritum, et vino ſabactum in lana apponito. Et libro ſecundo p. 284. v. 12. Hanc cum melle et vino apponito, aut *βόλβιον* bulbion. Conſpicitur autem in tritico maxime Aegyptio, acre ſimile cumino Aethiopico. Septimo de morb. vulg. p. 365. v. 45. de Cliniae ſorore ſeniore: Abſceſſit autem dolor moderatus ad lateris mollitudinem. Βολβοῦ bulbi ſuccus, et vinum lactei teporis auſterum, panes quam pauciſſimi cum oleo, etc. EUST. V. Foeſ. p. 124.

o. Libro de internis affectionibus p. 195. v. 22. Deinde modico tempore interpoſito prandeat panem, et obſonium habeat, fruſtum torpedi-

Βολβὸν) herbae nomen.
Βατίδες) piſcis nomen.
Βρίσῃ) onerat.

PRINCIPIVM Γ.

Γαργαρεὼν) proprium nomen, nunc autem quod ſub palato eſt, intelligit. Vua enim, et Columella, et ἱμάς.

[3] βρύσῃ *MS. D.* [4] ὑπερόαν *MS. D.*

pedinis, aut ſquatinae, aut galei, aut βατίδος raiae. Et v. 32. Edat autem torpedinem, ſquatinam, βατίδα raiam, galeum, paſtinacam, et ranas. EUST. Vide Plin. XXXII. 7. vocatur et βάτος. Heſych. tamen βάτον et βατίδα inter ſe differre cenſet. V. Foeſ. p. 119. Heſ. βατίδες ſunt εἶδος ἰχθύος πλατύ.

p. Primo de morb. mul. p. 234. v. 9. de diminutis menſibus: Verum his locis non ſemel dolet, ſed alias, atque alias, qua parte ſanguis diſcretus in vteris eſſe non potens, βρίσῃ grauarit. Germanus interpres vertit, impetu ſuo grauarit. EUST. Adde locum περὶ φυσῶν, p. 120. 33.

a. Quid ſit gurgulio declarat Aretaeus libro primo de cauſ. et ſign. acut. morb. c. 8. Ruffus Epheſius de partium humani corporis appellationibus L. I. c. 8. et altero L. I. c. 8. Galenus, tum alibi, tum ſexto de compoſitione medicamentorum ſecundum locos c. 3. Aetius libro VIII. c. 40. Paulus Aegineta L. VI. c. 31. Secundo de morbis p. 141. v. 43. de vua morbo. Vua fit, quum pituita de capite ad γαργαρεῶνα gurgulionem deſcenderit. Et v. 45. Venoſus eſt γαργαρεὼν, gurgulio ac craſſus. Et v. 48. Nam vena calefacit, et prae caliditate partes circa γαργαρεῶνα gurgulionem ſanguine replet. Et p. 145. v. 41. de angina. Si apprehenſa lingua inſpexeris, γαργαρεὼν, gurgulio non magnus eſt, ſed mollis. Et p. 146. v. 44. Si vero morbus in faucibus fiat, ἄκρος ὁ γαργχρεὼν, ſumma gurgulionis pars aqua impletur, et pluries. Libro de affectionibus p. 179. v. 47. Si vero vua dependerit, et ſuffocarit, quidam hoc γαργαρεῶνα gurgulionem vocant, ſtatim gargariſmis vtendum eſt. Secundo de morbis vulg. ſect. 2. p. 314. v. 14. de anginoſis. Erant autem haec in facie maxime conſpicua, et in ore, et interſepto iuxta γαργαρεῶνα gurgulionem.

Ἰμὰς, πάθη εἰσὶ τȣ̃ γαργαρεῶνος. Γαργαρεὼν δὲ ὠνομάσθη παρὰ τὸν γινόμενον γαργαλισμὸν τῇ [1] τραχεία ἐξ αὐτȣ̃ ἀρτηρία.

[b] Γονίμη ἡμέρα) ἀντὶ τȣ̃ περιττή. [2] Ἐπειδὴ αἱ περιτταὶ ἡμέραι ὡς ἐπίπαν κρίσιμοι τυγχάνȣσι καὶ γεννητικαὶ τινὸς ὠφελίμȣ. [d] Ὅθεν καὶ [3] γόνιμον μῆνα τὸν περιττὸν καλȣ̃σι.

[c] Γονοειδὲς) τὸ ὅμοιον γόνῳ, τȣτέςι σπέρματι· [4] αὐτὸ γὰρ ἐν [5] τῷ [6] Περὶ [7] τόπων τῶν [8] κατὰ ἄνθρωπον φησί·

[1] *τραχία MS. D. non diphthongôs.* [2] *ἐπειδὰν vulgg.* [3] *γόνυμον MS. D.* [4] *legendum potius αὐτὸς, et ſic Chart. quoque.* [5] *ῷ vulgg.*

nem. Et libro tertio com. 2. t. 3. p. 320. v. 42. de Euryanactis filia. Haec incipiente morbo fauces dolebat, et perpetuo ruborem habebat, et γαργαρεὼν gurgulio reuulſus. Tertio progn. t. 21. p. 407. v. 41. Οἱ δὲ γαργαρεῶνες, gurguliones autem periculoſi ſunt, vt et reſecentur, et ſcarificentur, quamdiu rubicuudi fuerint, et magni. Et v. 44. Et fiat extrema γαργαρεῶνος gurgulionis pars maior et rotunda. EUST. V. Foeſ. p. 133. Reineſ. varr. lectt. L. II. c. 8. p. 197. Sic dictam putat a ſono, quem iſta particula in faucibus edimus, fictum, ſolo in homine vltimo palatu inter tonſillas dependentis carunculae vocabulum eſt; id Latinis ingratum caninae literae occurſum emollituris, forte etiam ad gulam ſeu iugulum, cui imminet, reſpicientibus *gurgulio* Perſ. Sat. 4. ad mentulam tentigine ſurrectam per metaphoram tranſtulit; alii, ςαφυλὴν, κίονα, κιονίδα, v. locos ab Euſt. laudatos, et *vuam* et *columellam* appellarunt.

b. Secundo de morb. vulg. ſect. 5. p. 317. v. 37. de hydropicis. Si febre tenente partes circa faciem graciles fuerint, ἐν ἡμέρῃ γονίμῳ in die impari, ſequenti die ſolvetur. Et v. 39. Si non ἐν τῇ γονίμῃ in die impari febris dimittat, recidiuare neceſſe eſt. Et ſect. 6. p. 318. v. 6. In conuulſionibus, ſi vox ἐν γονίμῳ in die impari ſoluitur, a magno morbo liberat. Et v. 10. Solutio enim ſimilis eſt voci. Soluitur autem ἐν γονίμῃ in die impari. Et v. 15. At interceptio morbi fieri non poterit, niſi ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ in impari die. Neque principium fieri poterit ἣν μὴ ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μηνί. Ἔτι δὲ γονίμῳ. Sic habent impreſſi codi-

ἱμὰς, id eſt, Lorum, γαργαρεῶνος, hoc eſt, gurgulionis ſunt affectus. Dictus eſt autem γαργαρεὼν παρὰ τὸν γινόμενον γαργαλισμὸν τῇ τραχείᾳ ἐξ αὐτοῦ ἀρτηρίᾳ, hoc eſt, a titillatione, quae ab ipſo fit in trachea arteria.

Γονίμη ἡμέρα) hoc eſt, περιττή. Impar, quoniam impares dies vt plurimum ſunt critici, et vtilitatem aliquam nobis afferunt. Vnde etiam γόνιμον menſem τὸν περιττὸν, hoc eſt, imparem appellant.

Γονοειδὲς) ſimile γόνῳ, id eſt ſemini: ſic enim inquit in libro de locis in homine, γονοειδὲς igitur vrina alba

[6] *Προῤῥητικῷ ſuſpicatur Foeſ. quia in L. de locis nulla huius rei fiat mentio, librariiſque mendum hoc ex lapſu memoriae tribuit.* [7] *τόπον MS. D.* [8] *κατ' ἄνθρωπον vulgg.*

codices: quae verba ſonant; niſi pari die et menſe, adhuc autem impari. Quidam pro ἔτι, adhuc, ſcribunt ἔτει, anno, et ideo interpretes vertunt niſi die pari, itemque menſe et anno pari. Verum vltima dictio, γονίμῳ, aut deprauata eſt, aut male conuerſa. Non enim vox illa par, ſed impar ſignificat. Et v. 17. Qui moriuntur, eos neceſſe eſt γονίμῳ ἡμέρῃ die impari, καὶ γονίμῳ μηνὶ et menſe impari, καὶ γονίμῳ ἔτει ac anno impari mori. Et v. 19. Si vero in γονίμῳ ἔτει impari anno fiat, ab vtriſque γονίμως impares fieri neceſſe eſt. Si autem in ἀγόνῳ ἔτει anno pari, et ἀγόνῳ ἡμέρῃ die pari, neceſſarium eſt in γονίμῳ ἡμέρῃ impari die mori. EUST. Hippocr. epidem. L. II. ἀπόληψις δὲ τοῦ νοσήματος οὐκ ἂν γένοιτο εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρᾳ. ST. Cf. Foeſ. p. 140. et Galen. de diebus decretoriis.

c. Locum, quem Erotian. adducit ex Libro de locis in homine, nuſquam reperio. Primo de morb. vulg. com. 3. t. 18. p. 307. v. 38. de Philiſco: Vrinae variae, quae habebant innatantia quaedam rotunda, γονοειδέα geniturae ſimilia, diuerſa non ſubſidebant. Et libro ſecundo ſect. 3. p. 315. v. 45. de Scopo: In ſubſidentia vero ſubalbum quiddam adhaerens vaſi, tenue, neque γονοειδὲς geniturae ſimile, neque diſſimile. Et libro tertio com. 1. t. 19. p. 319. v. 32. de eo qui in Dealcis horto decumbebat. Vrinae tenues, variae, in medio pendens quiddam habentes, minutim diſperſum, velut farinae craſſiores γονοειδέα geniturae ſimiles. Et com. 2. t. 1. p. 320. v. 14.

φησί· γονοειδὲς οὖν οὖρον, τὸ λευκὸν καὶ παχύ. Ἐὰν δὲ [1] Τονοειδὲς γράφῃ, τὸ πνεῦμα τὸ μετὰ πόνου καί τινος συντονίας ἀναπνεόμενον λέγει.

[d] Γονή) ὅτι μὲν τὸ σπέρμα δηλοῖ, ὅτι δὲ τὴν μήτραν. Κεῖται ἐν πολλοῖς παρ' Ἱπποκράτει.

[e] Γλῶσσα λιγγυώδης) μέλαινα καὶ [2] τεφρώδης. Ὠνόμασαι δὲ παρὰ τὸν Λιγνὺν, ἥτις ἐστὶ [3] καπνώδης αἰθάλη.

Γίνεται

[1] Γονοειδὲς *vulgg. et* γράφει *MS. D.*

v. 14. de Philiſtide: Vrinae tenues, pellucidae, habebant quiddam medio pendens γονοειδὲς geniturae ſimile. Et libro ſexto com. 2. t. 37. p. 345. v. 5. In Perintho γονοειδὲς geniturae ſimilis vrina talis, quae eſſet iudicatoria, etiam pectinis affectionum. Et libro ſeptimo p. 357. v. 17. de vxore Theodori. Quod minxerat de feſtucis detrahebatur, viſcoſum, γονοειδὲς geniturae ſimile. Primo prorrh. c. 2. t. 60. p. 411. v. 2. Num his turbidus ſpiritus, et γονοειδὲς geniturae ſimile quid ſuperueniens, ſingultum iudicat? Et comm. 3. t. 48. p. 412. v. 33. Conturbata in his vrina non mala, neque id, quod γονοειδὲς geniturae ſimile, in ipſa reſidet. In coacis praenotionibus p. 429. v. 17. Aluo ſuppreſſa exudantes, num his turbidus ſpiritus, et γονοειδὲς geniturae ſimile quid pertranſiens, ſingultum ſignificat? Et p. 433. v. 39. Conturbata in his vrina mala non eſt, neque id, quod γονοειδὲς geniturae ſimile in ipſa reſidet, verum plerumque hi aquoſa mingunt. EUST. Vide Foeſ. p. 141. Heſych. interpretatur γόνῳ εἰκός.

d. Pro ſemine vt plurimum haec vox vſurpatur; interdum pro vtero et partibus genitalibus. Secundo de morb. vulgar. ſect. 1. p. 312. v. 1. Vnde fit, vt teſtis ex tuſſi intumeſcens, nos commonefaciat communionis, quae eſt pectoris, mammarum, γονῆς vteri, vocis. Germanus interpres et alii, geniturae vertunt. Tertio de artic. t. 41. p. 485. v. 40. Spina a ſacro quidem oſſe vſque ad magnum ſpondylum, iuxta quod crurum annexio dependet, caua eſt. Nam et veſica et γοναὶ partes naturales, et id inteſtinum, quod laxum eſt ſupra anum, hac parte continetur. In cuius com. Galenus inquit: Naturales partes, quas γονὰς dixit, intellexit eas, quae generationi accommodantur, vterum in feminis, quae ſemini aptantur in maribus γεννητικὰ nuncupantur. Haec Galenus, qui iu vſu huius vocis licentia vtitur, quandoquidem ea, quae ſcribit, verbis

alba et craſſa. Si vero τονοειδὲς πνεῦμα ſcribatur, ſignificat reſpirationem cum labore, et quadam contentione.

Γονή) aliquando ſemen: aliquando vuluam ſignificat. Reperitur haec vox multis in locis apud Hippocratem.

Γλώσσα λιγνυώδης) lingua nigra, cinerea. Eſt autem appellata παρὰ τὴν λιγνὴν, quae eſt fumoſa fauilla.

Fit

[2] τεῤῥόδης MS. D. τιφρώδης vulgg. [3] καπνώδης MS. D.

verbis Hippocratis ad amuſſim non quadrant. Γονὴ enim non videtur ex hoc loco attribui poſſe membro genitali maris et feminae, quia teſtes viriles hinc inde ab oſſibus pubis pendent, et non continentur a concauitate, quae fit ab oſſe ſacro, in qua Hippocrates dicit contineri veſicam et γονάς. Hanc ſententiam citat Galenus libro de vteri ſectione c. 1. ibique aſſerit γονὴν vel genitalia membra, vel ipſum etiam vterum ab Hippocrate appellari. Eadem ſententia, paucis quibuſdam mutatis habetur in Mochlico p. 505. v. 36. Spina vero a ſacro oſſe vſque ad magnam vertebram curuata, veſicaque et γονὴ genitale, et inteſtinum rectum hic curuatum. Libro de ſuperfoetatione p. 49. v. 15. Muliere aegre pariente, ſi puer ἐν τῇσι γονῇσιν in genitalibus locis haereat, et non facile exeat, ſed cum labore, ac medici machinamentis, tales pueri modicae vitae ſunt. In quo loco hac voce vtitur pro vtero: libro de vſu humidorum p. 113. v. 14. Quoniam imus venter calida delectari videtur, conſiderandus locus eſt, et poſtea extremae partes, et veſica, et γονὴ genitale, et virilis membri glans natura frigidior, quam quis putet. Ruffus Epheſius libro I. de partium humani corporis appellationibus c. 31. Genitale mulieris μήτρα καὶ ὑςέρα vterus, vuluaque vocatur, Hippocrates autem et δελφὴν et γονὴν dicit. Ignorandum non eſt γονὴ eſſe nomen peſſi ad concipiendum, qui deſcribitur a Paulo Aegineta L. VII. c. 24. EUST. Galenus autem γονὰς plurali numero ſcribit vocaſſe Hippocratem τὰ γεννητικὰ μόρια, in feminis videlicet μῆτραν, in viris τὰ σπερματικὰ μόρια. Locus autem Hippocratis, in quem hoc Galenus annotat, eſt in libro de artic. κύςις τε γὰρ γοναὶ, καὶ ἀρχῦ τὸ χαλαρὸν ἐν τϐτέῳ ἔκτιςαι. ST.

e. Galen. in Exeg. habet λιγνυώδης denigrans, quia λιγνὺς fuligo nigra eſt. Tertio de morb. vulg. com. 3. t. 73. p. 326. v. 44. de virgine

in

Γίνεται δὲ τοιαύτη διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φλόγωσιν. Φησὶ γὰρ, πελίη δὲ γεγονυῖα. Ἤγουν λιγνυώδης.

f [1] Γλισχρόχροα) τὰ μετά τινος κολλώδους ἐπαφῆς παρατετηρημένα τὴν χροιὰν ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον.

g Γῆν μεταμείβειν) ἤγουν πορεύεσθαι. [2] Ἀμείβειν γὰρ τὸ ἀλάσσειν καὶ μεταπορεύεσθαι.

h [3] Γυῖον) Βακχεῖος ἐν ά, σῶμα φησὶν ἢ μέλος· οὐκ ὀρθῶς φήσας. Κατὰ γὰρ τῶν [4] μυῶν ἰδίως τέτακται· ὡς καὶ Ὅμηρος, Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά.

i [5] Γαργαλισμοῦ) Γάργαλος καὶ Γαργάλη λέγεται ἐρεθισμὸς, ἀπὸ τῶν [6] πασχητιουσῶν γυναικῶν [7] εἰλημμένης

[1] γλισχρόχρα *Chart.* γλισχρόχολα *Ald.* [2] ἀμήβειν *vulgg.* [3] *ſcribitur et* γῦον *omiſſo* ι.

in Lariſſa: Γλῶσσα λιγνυώδης, lingua fuliginoſa, arida. In cuius com. Galen. inquit: Sic vocari tinctam quaſi fuligine quadam, quae ſicca ex vaporibus erat. Et libro ſexto com. 5. t. 14. p. 347. v. 33. Γλῶσσα lingua vrinam ſignificat. Γλῶσσαι linguae virides cum pallore, bilioſae: bilioſum autem a pingui: rubicundae vero a ſanguine: nigrae ab atra bile: ſicca ab ἐκκαύσιος λιγνυώδεος exuſtione fuliginoſa, et vterina parte. EUST. Foeſ. laudat locum Hipp. epidem. III. aegr. 12. poſt ſt. peſt.

f. Hanc vocem non reperio apud Hippocratem; ſed γλισχρόχολα. Quarto de morbis vulgar. p. 331. v. 37. de vxore Temenae: Aluus enim egerebat multa γλισχρόχολα, viſcoſa bilioſa. Et v. 43. Filius mulieris Apemanti ſororis, praecordia magna, et ſplenis ſpirituoſus ſeceſſus γλισχρόχολος amarae bilis, ſic vertit Germanus interpres, Caluus vero, glutinoſa. Vertendum puto: ſeceſſus glutinoſus bilioſusque. Sunt qui velint pro γλισχρόχολα hoc loco reponendum eſſe γλισχρόχροα. EUST. Apud Hippocr. Ald. editionis non γλισχρόχροα ſed γλισχρόχολα legitur: vbi, an lectio haec Erotiani reponenda ſit, dubito, in cuius explicatione puto παρατετηρημένα eſſe mendoſum. Habetur autem apud Hippocr. epidem. L. IV. γαστὴρ γὰρ διῄει πολλὰ γλισχρόχολα, et paulo poſt, διαχώρησις γλισχρόχολος, ὑπόκοπρος, κοπιώδης. ST. Foeſ. p. 137. laudat loc. de vulner. cap. p. 450. 41.

g. Locus Hippocratis eſt in ſexto de morbis vulgaribus, com.

Fit autem huiuſmodi ex nimia inflammatione: inquit enim πελίη δὲ γεγονυῖα, videlicet λιγνυώδης, id eſt, fuliginoſa.

Γλισχρόχροα) ſunt corpora, quae retinent colorem tendentem in deterius cum contactu mucoſo inſtar glutinis.

Γῆν μεταμείβειν) ſolum vertere. Ἀμείβειν enim eſt mutare, de loco in locum proficiſci.

Γυῖον) Bacchius in primo, corpus inquit, vel membrum: verum non recte; ad membra enim proprie refertur, vt etiam teſtatur Homerus, γυῖα, id eſt, membra poſuit agilia.

Γαργαλισμοῦ) dicitur γάργαλος καὶ γαργάλη, irritatio. Ducta eſt autem vox a prurientibus feminis, vt etiam

[4] μελῶν MS. St. et Chart.
[6] πεσχητικσῶν MS. D.
[5] γαργαλισμὸς, rectius, Foeſ.
[7] εἰλημένης MS. D.

com. 5. t. 20. p. 347. v. 37. In morbis longis γῆν μεταμείβειν terram mutare commodum. EUST. Et Heſychius ἀλάσσειν explicat.

h. Pro membro: Libro de locis in homine p. 65. v. 14. Scapulae vero ad γυῖα membra articulantur brachii, ſiue totius manus, incumbentes in ipſum os, quod ἐν τῷ γυιῷ in membro eſt. Et v. 22. Quae vero infra ſitae ſunt, et intus reclinatae, hae vtraeque committuntur ad radium ex ſupernis ἀπὸ τοῦ γύιου a membro procedentem, ἐντὸς τοῦ γύιου et intus ad membrum coarticulantur. Secundo de morb. mulier. p. 267. v. 6. Et quum aliquid feſtinanter egerit, anhelatio ipſam inuadit, et γυῖα membra exſoluuntur. Primo de art. t. 26. p. 474. v. 25. Quibus autem bene ſe habet τὸ γυῖον membrum, et carnoſis; minus excidit, et difficilius reponitur. Pro corpore etiam ponitur: Sexto de morb. vulg. com. 4. t. 28. p. 347. v. 11. Oculi prout validi fuerint, ita etiam γυῖον corpus. In cuius com. Galenus ait: Nam ſi oculi bene colorati ſunt, γυῖον corpus totum in ſalubri ſtatu eſſe ſignificant. Locus Homeri eſt Iliadis quinto, Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν. *Membra autem fecit leuia, pedes et manus inſuper.* EUST. Cf. Foeſ. p. 143.

i. Indicatur locus περὶ τροφῆς, p. 111. 5. vbi Foeſ. monet: γαργαλισμὸς ſcribitur, et corporis titillationem indicat.

μένης τῆς λέξεως. Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης [1] Γηρυτάδῃ, καὶ Δίφιλος ἐν Δαναΐσι.

k [2] Γογγυλίδια) τὰ μικρὰ καταπότια. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος.

l [3] Γάλα καὶ λίπα τέγγειν) ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς ἐμβρέχειν.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Δ.

m [4] Δυσήνιος) δυσθύμως καὶ δυσκόλως τὰς ἀνίας φερούσης.

Διο-

[1] Γυρυγάδι *MS. D.* Γηρυτάδει, *Euſt.* [2] γογγυλίδα *MS. D. et ſic Euſt. et Iunta.*

k. In aliquibus exemplaribus ſcribitur γογγυλίδια. Galenus in Exegeſi habet γογγύλιον rotundum, et γογγυλίδια parui globuli, et pilulae. Reperio apud Hippocratem γογγυλίδας pro rapis vſurpari, libro de internis affectionibus p. 207. v. 3. Et fructus paeoniae grana decem in vino nigro cocta bibenda dato: et γογγυλίδας rapas decoctas faciens, ſorbeat ſuccum, condiens caſeo non ſalito, et papauere, et ſale, et oleo, et ſilphio, et aceto. Germanus interpres vertit, rapi probe percocti ſuccum ſorbeat, caſeo inſulſo conditum etc. EUST. Hic γογγυλίδια, apud Hippocratem autem γογγυλίδας inuenio, περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vbi ſcribit, καὶ γογγυλίδας διέφθους ποιέων etc. Habet tamen et Galenus γογγυλίδια, quod exponit τὰ μικρὰ σφαιρία, ὥσπερ εἰ καταπότια. ST. Heſych. interpretatur στρογγύλον, et σκληρόν.

l. Galenus in Exeg. inquit, λίπα oleum, vt in libro de morb. mul. ſecundo. τέγγειν eſt humectare. Has ego dictiones ſimul iunctas apud Hippocratem non reperi. Secundo de morb. mul. p. 272. v. 33. Illitio autem fit λίπα oleum. Et p. 277. v. 39. Oleum vero ne adhibeto, neque aliud pingue, aut λίπα pinguedinem habens. Et p. 278. v. 4. Si vlcerati fuerint vteri, et extreme foras proceſſerint, ἐλαίῳ χρίων λίπα τὰς χεῖρας ἐντιθέναι, id eſt, oleo illitis manibus indito. In qua clauſula dictio ἐλαίῳ fortaſſe ſuperflua eſt. Et v. 27. Et femora roſaceo λίπα oleo inungat. EUST. Vide Foeſ. p. 132.

m. Galenus in Exeg. habet δασαυίης, et δυσηνίος. Critias

etiam teſtatur Ariſtophanes ἐν γηρυτάδει, et Diphilus in Danais.

Γογγυλίδα) paruae pilulae; dictae autem ſunt a formae ſimilitudine.

Γάλα καὶ λίπα τέγγειν) id eſt, abunde perfundere.

PRINCIPIVM Δ.

Δυσήνιος) aegre, ac difficulter moleſtias ferentis.

[3] *forte pro γάλακτι λιπαρῷ Foeſ. τέλειν MS. D.* [4] *δησανίος vulgg. δυσάντης Gal.*

tias in libro de amoris natura vel virtutum, ſic explicat: Δυσανίης eſt quicumque parvis de rebus triſtitia afficitur; de magnis pluſquam ceteri homines, vel longiore tempore. Δυσήνιος eſt, qui non facile triſtitia afficitur; eſt etiam is, qui frenari aegre poteſt, aut moroſiſſimus eſt. Tertio de morb. vulg. com. 3. t. 82. p. 326. v. 34. In Thaſo mulier δυσάνιος moroſa, ex moerore cum occaſione erecte obambulans, inſomnis facta eſt, et cibi faſtidiens. In cuius com. Galenus ait: Quid δυσάνιος ſignificet, declarauit Critias his verbis: Moroſus eſt is, qui paruis de rebus, et de magnis plus, diutiuſque ceteris mortalibus triſtatur. Aldinus codex non δυσάνιος, ſed δυσήνιος habet, vt Erotianus. EUST. Erotianus δυσήνιος genitiuum facit in hac ſua expoſitione, at Galenus nominatiuum, ſicut Heſychius, et rectius, meo quidem iudicio. Imo nec Erotianum ita ſcripſiſſe exiſtimo. Idem Galenus habet et δυσανίης, cui eamdem dat ſignificationem, quam Heſychius τῷ δυσήνιος. Exponit enim ille, ὅς τις ἐπὶ τοῖς σμικροῖς ἀνιᾶται, καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. Heſychius autem inter ceteras explicationes hanc ponit, δυσήνιοι, ἐπὶ μικροῖς μεγάλα ὀργιζόμενοι. Quae expoſitio etiam conuenit cum ea, quam apud Erotianum habemus. At Galenus δυσήνιος facit quidem nominatiuum, ſicut et Heſychius, (quemadmodum dictum eſt) ſed explicationem contrariam ei dat. Eſt enim δυσήνιος ſecundum illum, ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος. Item ὁ δυσχαλίνωτος. Atque in hac poſteriori ſignificatione deducitur ab ἡνία, in illa autem priore ab ἀνία; quod prius α in η mutauerit, ſi δυσήνιος legamus: at manſerit immu-

n [1] Διοπῷ) τῷ τῆς [2] νηὸς [3] ἐπιμελητῇ. Παρὰ τὸ [4] διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν [5] Σισύφῳ, καὶ [6] Εὐριπίδῃ ἐν [7] Ἱππολύτῳ.

o [8] Δόρπης) τοῦ τῆς ἑσπέρας καιροῦ. Παρὰ τὸ δόρυ παύειν. Ὃ γὰρ ἡμεῖς Ἄριστον καλοῦμεν, οἱ παλαιοὶ Δεῖπνον ὀνομάζουσι· μεθ' ὃ δεῖ [9] πονεῖν.

p [10] Δίκραινα) τὰ διῃρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα καὶ δικόρυφα. Κεῖται κἀν τῷ Περὶ τόπων.

Διορ-

[1] *Chart.* διόπῳ, *οἰκονόμῳ καὶ ἐπιμελητῇ exponitur* διοπῷ. *Δορπηστοῦ τῆς ἑ, κ. ex coni. Foeſ.* [2] *νηὸς MS. D. ignorat, ſed ſpatium relinquitur vacuum. Foeſ. vel gignendi caſu propter* Φερέσης *legendum coniicit, vel* Φέρουσα, *i. e. mulier quae difficulter moerorem fert.*

immutatum, ſi δυσαυλής. Certe apud Hippocratem nec δυσήνιος, nec δυσαυλής, ſed tantum δυσάνιος me legiſſe recordor, et quidem nominatiuum, non genitiuum. Sic enim epidem L. III. ſcriptum reliquit: ἐν Θάσῳ γυνὴ δυσάνιος, ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος ὀρθοστάδην ἐγένετο ἄγρυπνός τε καὶ ἄσιτος. Galenus autem in ſuis in illum locum commentariis eam dat nomini δυσάνιος ſignificationem, quam ego τῷ δυσαυλής antea dedi, ex eius Exegeſi γλωσσῶν Ἱπποκράτους ſumtam. Atque haec mihi videtur Hippocratis loco conuenire, reliquae autem minime. Alicubi tamen, ni fallor, εὐήνιος legitur apud Hippocratem contrarium τῷ δυσήνιος ab ἡνίᾳ deducto. ST. Heſychius hanc vocem interpretatur τὸν δυσχερείᾳ χρώμενον, δυσάρεστον.

n. Galen. in Exeg. habet δίοπτος, quae vox ſignificat eum, qui templi curam gerit, παρὰ τὸ διοπτεύειν, ἢ διέπειν, a diſpiciendo, vel curando, quae in eo ſunt. Num autem hae dictiones differant, an eaedem ſint, diligenter inquirendum eſt, ego enim primam tantum reperi apud Hippocratem: Quinto de morbis vulgaribus p. 341. v. 21. Magnae nauis διόπῳ gubernatori, anchora digitum indicem et infernum os dextrae manus confregit. Quam ſententiam repetit libro ſeptimo p. 358. v. 19. Vbi Aldinus codex non διόπῳ, ſed διοπῷ habet. EUST. In vno exemplari Erotiani διοπῷ exponitur οἰκονόμῳ, item ἐπιμελητῇ. Euſtathius quoque οἰκονό-

Διοπῶ) nauis gubernatori, παρὰ τὸ διοπτεύειν, quod eſt, omnia perſpicere. Attica autem dictio eſt, quae eſt apud Ariſtophanem in Atticis dictionibus, et apud Aeſchylum in Siſypho, et apud Euripidem in Hippolyto.

Δόρπȣ) veſpertini temporis, ab haſta deponenda dicti. Quod enim nos ἄριϛον, id eſt, prandium appellamus, veteres δεῖπνον, coenam nominant, poſt quam laborare opus eſt.

Δίκραια) in duo diuiſa, et quaſi bifida. Et δικόρυφα, hoc eſt, bicipitia; inuenitur in libro de locis in homine.

[3] *ἐπιμελιτῆ MS. D.* [4] *forte διοπεύειν Foeſ.* [5] *διάφω MS. D.* [6] Εὐριπίδης *MS. D.* [7] Ἱππολίτῃ *MS. D.* [8] Δόρπȣ *Euſt. et Iunt.* [9] ποιεῖν *MS. D.* [10] *δίκραια, vel δίκραιρα, codd. quid.*

κονόμον apud Aeſchylum ſignificare teſtatur. Sed ſecundum eum et Graecos Lexicographos διόπῳ ſcribere debemus, non διοπῶ. ST.

o. Coenae, ſic exponit Galen. in Exeg. EVST. Subindicatur locus epid. L. V. p. 337. 40.

p. Galen. in Exeg. δίκρȣν exponit, veluti biceps, idem quoque bifidum dicitur, idque ἤδικρον ſignificat. Locus, quem Erotianus citat ex libro de locis in homine, vt coniicio, eſt p. 65. v. 33. Femur autem ſuperne, vbi in acetabulum ingruit, δικραῖος bifidum eſt huiuſmodi δικραιότητι bicipitate. In ea quidem parte, quae intro inclinata eſt, τῶν δικραίων bicipitum (quae dictio a Germano interprete praetermittitur) in ſummitate rotundum eſt, ac leue, quae etiam in acetabulum ingreditur. Altera autem τῶν δικραίων bicipitum pars exterior (bicipitatis vertit Germanus interpres) magis foras prominet, et inferius apparet ad nates, et coxendix appellatur. Ad genu vero os femoris taliter eſt δίκραιον biceps. Τῷ δὲ δικραίῳ bicipiti (bicipitio tranſtulit Germanus interpres) autem huic os tibia appellata, velut in cardine adaptatum eſt. Sexto de morb. vulg. com. I. t. 13. p. 343. v. 32. Tubercula extra extuberantia etc. et non δίκραια bifida meliora. In Coacis praenotionibus p. 430. v. 39. Lingua circa δικρȣν bifidam ſui partem, velut ſaliua alba obduci, febris remiſſionis ſignum eſt. EVST. Δίκραιος

q [1] Διορθȣν) διατυπȣν.

r Διαθέσμȣς) διαφύσεις.

s Διεβλήθησαν) [2] παρελογίσθησαν. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν [3] Ἱππολύτῳ [4] φησίν· τί δε ἦν [5] λυθῆς μεδιαβαλεῖς, παθεῖν σε δεῖ. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ ἐν Πολυείδῳ καὶ ἐν [6] Ὀρέστῃ.

Δί-

[1] διαρθρȣν *MS. D. et Euſt.* [2] παρελογίαθησαν *vulgg.* [3] Ἱππολίτῳ *MS. D.*

κραιος eſt bifidus e loco Hipp. epid VI. p. 1165. B. ad quem reſpexit Erot. at corrigendum δίκραια: niſi forte vtramque lectionem agnouerit: quippe δικόρυφα magis ad δίκρανα, quam ad δίκραια pertinet. Galen. δίκρȣν τὸ οἷον δικράνον ὅπερ καὶ δισχιδὲς ὀνομάζȣσιν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἤδικρον δηλοῖ. Vnde liquet idem fere eſſe δίκραιος et δίκρανος. Pro vltimis Foeſ. in oec. legebat: Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ δίκραιον δηλοῖ. Sed malim καὶ ἡ δίκροα vt idem coniiciebat in not. ad Coac. p. 156. A. Vtitur ea voce Theophr. Hiſt. plant. L. II c. 8. de palmis: ȣ̓ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες διφυεῖς, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες. Occurrit quoque adiectiuum δίκρος apud Nicandr. Ther. v. 228. et idem reddendum Theophr. hiſt. plant. L. IV. c. 2. vbi vulgo legitur: τȣτο δὲ προσαυξηθὲν σχίζεται, καὶ γίνεται ἄκρον. Optime I. C. Scaliger emendabat δίκροον; malo tamen δίκρον, quod vulgato propius. Scriptura igitur parum diſtant, ſignificatione fere conueniunt δίκρος, δίκραιος, δίκρανος, δίκραιρος: hinc non mirum, ſi alicubi a librariis confuſa ſint. Notat vbique Foeſius loco ſupra citato ex epid. L. VI. libros nonnullos δίκραιρα habere pro δίκραια. Hinc dubitaui aliquando, an non corruptus quoque ſit locus Apoll. Rhod. L. IV. v. 161. vbi de Tritonis cauda ſermo eſt: Αὐτὰρ ὑπαὶ λαγόνων δίκραιρα οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα Κητέος ἀλκαίη μηκύνετο. Durius aliquando dictum videtur ἀλκαίη δίκραιρα, cauda biceps; magis proprium eſſet δίκραια, bifida: nec aduerſatur Scholiaſtae expoſitio: διπλῆ. Τοιαύτη γὰρ ἡ τȣ Τρίτωνος, ȣ̓ρα διῃρημένη εἰς δύο. HER. Vide et Foeſ. p. 166.

q. Proprie intelligendum eſt de formatione et configuratione prima foetus: Libro de natura pueri p. 32. v. 23. Vt plurimum enim hoc tempore, aut paulo breuiore, aut paulo longiore, διαρθρȣσθαι, dearticulari contingit. Et

p. 33.

Διαρθροῦν) informare.

Διαθέσμους) diuiſiones.

Διεβλήθησαν) decepti ſunt, vt etiam Euripides in Hippolyto inquit. Quod autem ſi fueris ſolutus, me διαβαλεῖς, id eſt, decipies, pati te oportet. Meminit quoque huius vocis et in Polyido, et in Oreſte.

H 5 Δί-

[4] *vox haec in MS. D. deeſt.* [5] *λυθῆς MS. D. λυθεὶς Chart.* [6] *Ὀρέστι vulgg.*

p. 33. v. 5. de eadem re diſſerens, inquit: In his enim, ſcilicet quadraginta duobus diebus διαρθροῦνται coarticulantur puerorum membra. Secundo de artic. t. 8. p. 480. v. 10. de maxillae luxatione: Malae quidem quieſcunt, innectuntur enim capiti, ſed non διήρθρωται, vt articuli inſinuantur. In quo loco Galenus Hippocratem διάρθρωσιν pro naturali commiſſura oſſium, quae aperte mouentur, poſuiſſe affirmat. EUST.

r. Quorſum haec referenda ſint, non indicauit Foeſius: ſed pertinent omnino ad locum l.. de nat. pueri p. 237. 12. τεταμένοι δὲ εἰσι καὶ οὗτοι (οἱ ὑμένες) ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ ἐς ἀλλήλους διαθέσμους ἔχουσιν. Dubitari iam poterit forte, Hippocrateſne ex Erotiano corrigendus ſit, an contra; mihi poſterius magis placet: lego itaque διαθέσμους, διαφύσεις. Per διαφύσεις vero intelligendae hic videntur fibrae quaedam oblique ſitae, atque has membranas inuicem connectentes: ſimili fere ſignificatione proceſſus vertebrarum et ſterni διαφύσεις dicuntur in mochlico p. 842. C. D. alias διάφυσεις fere interſtitium notat. Plura de ea voce vide apud Foeſ. in oec. HER.

s. Galen. in Exeg. eodem modo exponit. EUST. Agnoſcit eamdem vocem Galen. qui ἐξηπατήθησαν explicat, ſenſu eodem; ſed in noſtris Hippocratis editionibus non apparet. Nec tamen quidquam certius, quam ita legendum eſſe Lib. de nat. pueri p. 246. 30. ἀλλ' ὅσαι δὴ ἔδοξαν πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν, ἤδη γὰρ τοῦτο πολλάκις ἤκουσα, κεῖναι διελήθησαν τρόπῳ τοιῷδε, ᾧ μέλλω ἐρεῖν. Pro διελήθησαν ſcil. legendum διεβλήθησαν, iubentibus praeter Erotianum ac Galenum ipſis quoque MSS. quorum nonnulli teſte Foeſio διεβλήθησαν exhibent. HER.

ss. Fortaſſe legendum eſt, τί δ' ἢν λυθεὶς με διαβάλῃς, παθεῖν σε δεῖ; non inueni autem hunc locum in Hippolyto eo, quem habemus, cui cognomen eſt ςεφανηφόρῳ. ST.

[t] Δίκαιον) ἐνθάδε μὲν, εὔλογον, [1] ἐν δὲ τῷ Περὶ [2] ἄρθρων, τὸ ὅμοιον. Ὅταν φῇ, Ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι τό, τε ἄλλο σῶμα, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὰ [3] σκέλεα, παραδείγματι χρησάμενος ὑγιεῖ πρὸς

τὸ

[1] εἰ δὲ τὸ *MS. D.*

t. Locus, quem adducit, eſt in primo de art. t. 34. p. 475. v. 22. Nam vbi *δίκαιον* iuſtum corpus habent homines, manus item, et crura, ſano in exemplum vti oportet ad non ſanum. In cuius comm. Galenus inquit: Quod ab vtraque parte, tam dextra, quam ſiniſtra aequale eſt ad vnguem, *δίκαιον* appellavit. Secundus locus ab Erotiano citatus eſt ſimiliter in primo de artic. t. 20. p. 474. v. 5. qui prorſus deprauatus eſt, et ex Hippocratis codice hoc pacto reſtituendus: *Οὗτος ὁ τρόπος παρὰ πολὺ κράτιστος ἐμβολῆς ὤμου* (non *ὁμοίου*, vt perperam ſcriba librarius Erotiani poſuerat,) *δικαιότατα μὲν γὰρ μοχλεύει, ἢν καὶ μόνον ἐσωτέρω ἔῃ τὸ ξύλον τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. Δικαιόταται δὲ αἱ ἀντιῤῥοπαί. Ἀσφαλέες δὲ τῷ ὀστῷ τοῦ βραχίονος*; id eſt: modus autem repoſitionis humeri vt plurimum optimus hic eſt. Nam *δικαιόταται* iuſtiſſimae et ceu vecte obfirmat, modo penitus intus ad brachii caput lignum fuerit. *Δικαιόταται δὲ* iuſtiſſima vero ſunt aequilibria, et ad os brachii ſecura. Tertius locus ab Erotiano adductus, eſt in primo de fract. t. 1. et 2. p. 456. v. 24. Oportet medicum et luxationum, et fracturarum extenſiones quam directiſſimas facere. Haec enim *δικαιοτάτη* iuſtiſſima natura eſt. In cuius commento Galenus ait: Quaſi dixerit maxime conueniens, nam vbi quod conuenit vnicuique, ſervatur, res iuſte habet, atque adminiſtratur. Quartus locus, cuius meminit Erotianus, eſt in primo de artic. t. 21. p. 474. v. 11. qui, quum mendoſus ſit, hoc pacto reſtitui debet: Pro *τί γὰρ δίκαιον* legendum eſt, *τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειεν*, hoc eſt: quid enim *δικαίη* iuſta molitio non moverit? Sunt et alia exempla. Libro de medico p. 12. v. 37. *Δίκαιον* iuſtum autem ad omnem conuerſationem eſſe conuenit. Libro de ſuperfoetatione p. 50. v. 39. Sunt autem in quibus etiam menſes, iuxta corporis ſanitatem et vterorum exitum reperiuntur, imo conſueto, et *δίκαιον* iuſto modo. Primo de diaeta p. 87. v. 7. Et hi quidem minus prioribus ſplendidi fiunt; tamen quia maſculum

a viro

Δίκαιον) hoc quidem in loco rationi conſentaneum. In libro vero de articulis, ſimile, quum inquit: Quoniam δίκαιον ſimile habent homines et reliquum corpus, et manus, et crura, exemplo vtens ſani ad non ſanum. Ad aequale

[2] ἄρθρον MS. D. [3] σκέλη MS. D.

a viro ſuperauit, viriles euadunt; et hoc nomine δικαίως merito habent. Libro de inſomniis p. 107. v. 8. Quaecumque inſomnia mens hominis in noctem per ſomnum offert de diurnis actionibus, et reddit, quomodo facta ſunt ea, quae δικαίῳ ſeria ac iuſta in re per diem facta ſunt, aut de quibus conſilium initum eſt; haec homini bona ſunt. Secundo de morbis p. 140. v. 43. Quum quis aut manum, aut caput, aut aliam quamdam corporis partem hoc patientem incidat, ſanguis niger profluit, et turbatus ac morboſus: quamquam neque ſanguis nominari δίκαιον iuſte mereatur. Primo de fract. t. 4. p. 456. v. 28. Ipſe enim, qui deligatur, manum porrigit, vt qui ita a δικαίας iuſta natura cogatur. Et t. 48. et 49. p. 459. v. 18. Hic ſermo velut lex δικαίος iuſta poſita eſt, de fracturarum curatione. Et quomodo tractare oporteat, et quomodo euentus ſequi ex δικαίης iuſta tractatione. Et libro tertio, t. 31. p. 467. v. 35. Haec itaque ſi bene machinatus fueris, et extenſionem δικαίην iuſtam exhibuerint, et ſecundum rectitudinem aequalem, et vulneri nullus dolor acceſſerit. In cuius expoſitione Galenus ait: δικαίως dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως aequaliter; ſed idem ſignificare videbitur ὁμαλῶς aequaliter, et ἴσως pariter, quod proxime ſubiicitur. Quarto de artic. t. 38. p. 497. v. 34. Et in figuris δικαίοισιν iuſtis corpus collocare. Δίκαια iuſta autem hae ſunt, vt neque ſublimius eleuatum ſit, neque deorſum repat. In cuius com. Galenus inquit: Oſtendimus iam ſaepe δίκαιον apud Hippocratem vocari id, quod potentia aequale eſt; hoc autem illud eſt, quod vnicuique conuenit: quandoquidem et iuſtitiam huiuſmodi quid eſſe, manifeſtum eſt. In epiſtola ſecunda ad Damagetum p. 531. v. 49. Quidam deſtruunt, deinde rurſus aedificant; largiuntur, deinde poenitentia ducti, amicitiae δικαία iura tollunt. Adduxi plura exempla, quoniam vox multas habet ſignificationes, et in ſenſus diuerſos facile trahitur. In quibus, vt vides, Hippocratis interpretes nulla in vſu vocis δικαίον vtuntur diſtinctione, vt Erotianus facit. EVST. Vid. Foeſ. p. 164. ſq.

τὸ μὴ ὑγιές. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἴσου καὶ τοῦ συμφέροντος, ὅταν [1] λέγῃ, Παραπολὺ κράτιστος ἐμβολῆς [2] ὤμου· Δικαιότατον μὲν μοχλεύειν, ἣν μοῦνον [3] ἐσώτερον τῆς κεφαλῆς ἢ τοῦ βραχίονος· δικαιότατον δὲ δι' ἀντιῤῥοπίην ἀσφαλείης ὀστέου. Ἐπὶ δὲ μόνου τοῦ συμφέροντος, ἐν τῷ Περὶ [4] ἀγμῶν φησὶν, Ἐχρῆν τὸν [5] ἰητρὸν, τῶν ἐκπτωσίων καὶ [6] καταγμάτων ὡς [7] ἰθυτάτας τὰς [8] κατατάσιας ποιεῖσθαι. Αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις, [9] ὥσπερ νόμος δίκαιος. Ἐν δὲ τῷ Περὶ ἄρθρων, [10] ἐπὶ τοῦ ἰσχίου φησὶν, Τὶ γὰρ [11] δικαίη μόχλευσις οὐκ ἂν κινήσειεν. Ἀντὶ τοῦ [12] ἰσχυρά. Μόνον γὰρ τὸ δίκαιον, [13] εὔλογόν ἐστι καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἰσχυρὸν, καὶ συμφέρον.

u [14] Διαφραδές) σαφές.

x [15] Διαροχάς) τὰς τῶν ἐπιδέσμων διαπνοὰς, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων διαστήματα. Εἴρηται δὲ παρὰ τὴν [16] ῥίχην, [17] ἥτις ἐστὶν εἶδος ἀναπνοῆς.

y Δῖνος) σκότωσις, ὡς φέρεσθαι δοκεῖν τὰ ὁρώμενα. Ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως. Καὶ ὁ [18] Σκοτόδινος δὲ ταὐτὸν [19] σημαίνει, καὶ ἡ Σκοτοδινία.

Δια-

[1] *λέγει MS. D.* [2] *ὁμοίου MS. D.* [3] *ἐσώτεροι vulgg.* [4] *ἀγρῶν MS. D.* [5] *ἰατρὸν MS. D. et vulgg.* [6] *κατηγμάτων MS. D.* [7] *ἰθυτάτα τὰ MS. D.* [8] *κατατάσια MS. D.* [9] *καὶ ὥσπερ νόμος δίκαιος ex coni. Foeſ. hoc eſt, legem iuſtam et aequam, et ad fracturarum curationem maxime accommodatam.*

u. Locus indicatur de loc. in hom. p. 64. 1. v. Foeſ. p. 161. Heſ. Φραδῶς, Φραστικῶς, Φανερῶς.

x. Spatium, quod faſcia intermittit. Pro qua voce apud Hippocratem lego διαῤῥεωγάς: Secundo de art. t. 29. p. 481. v. 48. de fractura naſi. Inter omnia enim vincula hoc maxime varium eſt, et plurimos orbes obliquos habens, et διαῤῥεωγὰς aliquod ſpatium cutis nudum ac ſine faſcia intermittit, quo rhombi varie admodum repraeſentantur. Germanus interpres vertit διαῤῥεωγὰς interruptiones; quem etiam ſequuti ſunt aliqui Galeni interpretes. In cuius com. Galenus ait: Spatium, quod faſcia intermittit, dixit διαῤῥωγὰς, quae autem harum lectionum ſit melior, tu ipſe conſiderabis. EUST. Non διαροχὰς ſed

aequale etiam et vtile refertur, quum ait: Valde optimus repoſitionis (modus) aequalis eſt: δικαιότατον aequiſſimus quidem vecte ſubmouendi modus eſt, ſi tantum interius ſit capite brachii: δικαιότατον aequiſſimus vero per aequilibrium gratia ſecuritatis oſſis. Quando vero vtilitatem ſignificat, dicit in libro de fracturis: Oportebat medicum et luxationum et fracturarum quam rectiſſimas facere extenſiones: haec enim δικαιοτάτη vtiliſſima natura, ſicut lex iuſta. In libro autem de articulis vtitur hac voce ad ſignificandam vim. Quale nam δίκαιον per vectem molitio non moueret? hoc eſt, ἰσχυρὸν robuſtum. Solum δίκαιον igitur et rationi conſentaneum, et ſimplex, et robuſtum, et vtile eſt.

Διαφραδὲς) manifeſtum.

Διαροχὰς) faſciarum reſpirationes, atque inter has interualla. Dicta autem ſunt παρὰ τὴν ῥέγχην, quae eſt reſpirationis ſpecies.

Δῖνος) vertigo, vt videantur ferri quae videntur. Eſt autem et ſaltationis ſpecies, et ὁ σκοτόδινος idem ſignificat, et σκοτοδινία.

Δια-

[10] *Mauult Foeſ.* ἐπὶ τοῦ ὤμου. [11] δίκαιον ἢ *MS. D.* [12] *ſic quoque MS. D. ſed in margine* ἰσχυροῦ. [13] καὶ εὔλογον *MS. D.* [14] διαφραδέως *ap. Hipp. Foeſ.* [15] διαῤῥεωγὰς *Chart. ap. Hippocr.* [16] ῥέγχην *MS. St. et Chart.* ῥέχιν *vulgg.* ῥείχην *MS. D.* [17] εἴτις *MS. D.* [18] σκοτήδινος *vulgg. quod idem eſt.* [19] σημένει *MS. D.*

ſed διαῤῥεωγὰς apud Hippocratem pariterque Galenum inuenio. Locus Hippocratis eſt in libro de articulis, ἐπιδεσίων γάρ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστους μὲν σκεπάρνους ἔχουσα, διαῤῥεωγὰς δὲ καὶ διαλήψιας ποικιλώτατας τοῦ χρωτὸς ῥομβοειδέας. Galenus autem in ſuis in hunc locum commentariis ſcribit διαῤῥεωγὰς vocari: τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶν ὀθονίων. ST. Heſ. διαρογχὰς τὰ μεταξὺ τῶν ἐπιδέσεων διαστήματα. Foeſ. tamen p. 156. ait: et Erotianum et Heſychium medica manu hoc in loco indigere.

y. Quarto de rat. vict. morb. acut. t. 42. p. 179. v. 6. At quibus in febribus δῖνοι vertigines ab initio, et capitis pulſus fiunt, etc. In cuius comment. Galenus ait:

Quum

[z] Διατρίβειν) ἐγχρονίζειν.

[a] Διέβασκον) διεβίβαζον.

[b] Διαμπερές) [1] διαμπάξ.

[c] Δακρυῶδες ἕλκος) τὸ δίυγρον καὶ [2] ἰχωρoῤῥοῦν.

Δυθεσίην) δυσαρέστησιν, ἢ δυσαποκατάστασιν.

[d] [3] Δικλεῖδες) δικλεῖδες ἰδίως [4] λέγονται θύραι αἱ

δίχα

[1] διαμπλάξ *MS. D.* [2] ἰχωρορυοῦν *MS. D.*

Quum circumagi caput videtur, ea affectio δῖνος vertigo vocatur: quum autem aſpectus quoque ſit tenebricoſus, σκοτόδινος tenebricoſa vertigo nominatur. Libro de capitis vulneribus p. 448. v. 8. Si vulneratus in ſoporem altiorem inciderit, et caligo offuſa fuerit, et δῖνος vertigo. Aretaeus primo de cauſis et ſignis diuturnorum affectuum c. 3. Si tenebrae oculis praetenduntur, et caput δῖνος turbinis in modum circumduci videtur, et auribus murmur veluti delabentis cum ſtrepitu fluminis inſonat, aut tanquam ventus flatu vela percutiens etc. σκότομα vertigo huic vitio vocabulum eſt; ita tranſtulit eius libri interpres. Reperio apud Hippocratem etiam σκοτόδινος ſeptimo de morbis vulgar. p. 363. v. 49. de Perecydae morbo: Circa tori tempus exacerbatur febris, anxietas, σκοτόδινος vertigo, tormen, capitis dolor. Quarto aphoriſm. t. 17. p. 394. v. 8. Sine febre exiſtenti, cibi faſtidium, et oris ventriculi morſus et σκοτόδινος (ſic ibi ſcriptum reperi) vertigo, et os amareſcens. Galen. in com. inquit: Σκοτόδινος tenebricoſa vertigo eſt, quando ſimul res conſpectae videntur circumvolui; et ſenſus viſus repente deſtruitur: quum aegrotus ſibi tenebras circumfundi opinetur. Secundo prorrh. p. 422. v. 35. Quoſcumque vero vna cum doloribus σκοτόδινοι vertigines corripiunt, malum aegre exſolubile ac furioſum exiſtit. Libro de veratri vſu, p. 534. v. 27. Quemadmodum autem in praenotionibus dixi, purgatio ſurſum verſus commodat ei, in quo ſine febre eſt cibi faſtidium, aut ſtomachi punctura, aut σκοτοδεινὸς vertigo, aut os amarum. EUST. Cf. Foeſ. p. 166.

z. Foeſ. p. 159. locum de cap. vuln. p. 451. 3. laudat.

a. Coniicio διέβασκον ex libro de fract. p. 766. C. deſumtum eſſe, referendumque videtur ad ea verba p. 753. C. ἔπειτα νεμέσθω ἐς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζον καὶ ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκων. Explicat Erot. διέβασκον, διεβίβαζον; ſed putem fere ipſius gloſſam

Διατρίβειν) immorari.
Διέβασκον) traiiciebant.
Διαμπερὲς) vtrimque.
Δακρυῶδες ἕλκος) humidum et ichorem reiiciens.
Δυσθεσίην) moroſitatem, vel difficilem placationem.
Δικλείδες) proprie dicuntur δικλεῖδες fores bifariam

[3] *δικλεῖδος MS. D. et Euſt. quam lectionem Foeſius quoque praefert. δικλίδες Chart.* [4] *λεγέται MS. D.*

gloſſam ſic refingendam: διαβάσκων, διαβιβάζων, eumque ita apud Hippocratem reperiſſe, non vt in noſtris libris, διαβιβάσκων. HER.

b. Secundo de fract. t. 76. p. 464. v. 37. de femore, ἢν ἐν διαμπερὲς εἴη ποιητέος ὁ σωλὴν ἢ ὂ ποιήτεος, id eſt: Canalis igitur vel διαμπερὲς vtrimque adhiberi debet, vel non adhiberi. Quae verba ab interprete Germano prorſus ſunt omiſſa. Caluus vertit διαπτερὲς oblongum. Galen. in com. ait: Mox autem adſcribit canalem, vel διαμπερῆ, hoc eſt, qui totum crus excipiat, vel nullo modo ſubiiciendum eſſe. Secundo de morb. mulieb. p. 269. v. 29. aliud longe diuerſum ſignificare videtur. Quum autem, inquit, ad praecordia allapſi (ſcilicet vteri) ſtrangularint, vbi hic fuerit affectionis ſoliditas, et vomitus feruidus acris corripit, et modico tempore mitior fit, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὀδύνη διαμπερὴς, hoc eſt: Et dolor ad caput et ad collum διαμπερὴς penetrans; ſic vertit Germanus interpres, Caluus vero ea verba praetermittit. Verterem ego hic quoque, vtrimque. EUST. Cf. Foeſ. p. 153. Heringa laudat locum in libro de fract. p. 766. C.

c. Tertio de fract. t. 7. p. 465. v. 20. Neceſſe igitur eſt, vt decoloratum quidem, et labiis euerſum, ac protuberans ἕλκος vlcus ſit. Δακρυώδες δὲ, humidum autem et non ſuppurans ſit. Germanus interpres δακρυῶδες vertit lachrymoſum. In cuius expoſitione Galenus inquit: Deſtillat ab vlcere tenuis et cruda ſanies ſimiliter ac lachrymae ab oculis inflammatis. Inde tranſlatione vſus dixit: δακρύειν ἕλκος lachrymare vlcus, vbi ſic afficitur. EUST. V. Foeſ. p. 145. Heringa quoque prouocat ad locum de fract. p. 167.

d. Galenus in Exeg. exponit bipartitus, vt clauſa parte inferiore, ſuperpoſitam reſerare queat. Primo de art. t. 23. p. 474. v. 17. Idem quoque facit coactio ſupra δίκλειδος θύρης bipartitam ianuam. In

δίχα τετμημέναι, ὡς δύναϲθαι, μέρους τινὸς κεκλεισμένου, τὸ λοιπὸν ἀνεῷχθαι.

[e] Διαφανέσι) διαπύροις.

[f] Διαιρῆσαι) διελθεῖν.

[g] Δῆθεν) δήπουθεν.

[h] [1] Διακναισθέν) διαφθαρέν.

Δό-

[1] διακναισθέν *Foeſ. ex operarum errore.*

In cuius expoſitione Galenus inquit, inueniri huiuſmodi fores, in quarum medio interiectum eſt lignum firmum, quale dixit tignum inter duas columnas. Ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, a ſuperiori altera: atque hac de cauſa δίκλειδα θύραν bipartitas fores vocauit, quaſi duplicem quamdam, duas in ſe continentes paruas. EUST. Hipp. in libro de art. τὸ αὐτὸ δὲ ποιέειν ἀναγκάζειν καὶ ὑπὲρ δίκλειδος θύρης. Vbi Galenus δίκλειδα θύραν vult eſſe fores quae poſtem habeant per tranſuerſum, ſupra quem ſit et vna ianua, infra quem ſit et alia. Ceterum δικλίδες θύραι itemque σανίδες apud Homerum ſcribitur, non δικλεῖδες. Quin et recentiores ε in hac voce omiſiſſe comperiuntur: vt Paulus Silentiarius in hoc verſu: Δικλίδας ἀμφετίναξεν ἐμοῖς Γαλατεία προσώποις. Vbi notari etiam debet δικλίδας abſolute dici, non adiuncto accuſatiuo θύρας. ST. Heſ. δικλίδες δίθυροι, ex emendatione Foeſ. p. 165.

e. Primo de art. t. 44. p. 476. v. 3. de ferramentis ad vrendum paratis. Oportet autem διαφανέσι ignitis vrere, quo quam celerrime pro viribus penetrent. Interpres Germanus vertit, pellucidis. Vidius, candentibus. Galen. in com. ait: Candentia eſſe voluit ferramenta, quae ad alam admouentur, quod expreſſit vocabulo διαφανῆ. EUST. Vid. Foeſ. p. 159. Heſ. λαμπρὸν, διαπυρὸν, exponit.

f. Corrigo διέρσαι, διελθεῖν et refero ad librum de art. p. 788. A. ὑπάλειπτρον χρὴ λεπτὸν διέρσαι διὰ τῶν καυμάτων. Ita enim legendum ex codice Mediceo, non κατηγμάτων, quod merito reiicit Foeſius. Eſt tamen minus appoſita Erotiani explicatio; quippe διέρσαι proprie notat non διελθεῖν, tranſire, ſed tranſmittere, vt liquet tum ex hoc loco, tum ex aliis, quos notauit Foeſ. in oec. ſic etiam mox poſt verba noſtra ſequitur: οὐ γὰρ ἂν ἄλλως δύναιο διέρσαι, ἐπὴν δὲ διέρσῃς, ἀφεῖναι τὸ δέρμα. In MS. Medi-

riam diuiſae: vt poſſit earum vna parte clauſa, altera aperiri.

Διαφανέσι) ignitis.

Διαιρῆσαι) pertranſire.

Δῆθεν) nempe.

Διακναιωθὲν) corruptum.

Mediceo ad marginem notatum fuiſſe videtur διεῖραι, διέρεισαι. Vide Varr. Lectt. vnde liquet, quam facile ex notis his marginalibus textus corrumpi poſſit. HER.

g. Saepius hoc apud Hipp. obuium eſt: vt initio libr. de fract. p. 750. D. *οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν ἐστὶν ὅτε ἁμαρτάνουσι.* Ita enim legendum, non ἐστὶν οἱ. Pertinet vero Erotiani explicatio ad libr. de art. p. 791. A. *οἱ δὲ ἰητροὶ προθυμέονται δῆθεν ὀρθῶς ἰῆσθαι.* Sed ibi MS. Mediceus legit *προμηθεύονται*, vnde corrigendum *προμηθέονται*. Frequens Hippocrati verbum *προμηθεέσθαι*, et saepius a librariis cum *προθυμέεσθαι* confuſum. Vide Foeſ. p. 793. C. Ita quoque apud Thucyd. L. VI. c. 80. vbi vulgo legitur, *καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν.* MSS. loco τοῦ *προθυμίαν* exhibent *προμηθίαν*, vel *προμηθείαν*, quod omnino reponendum cum cel. Duckero. Vlterius vero ex veſtigiis cod. Caſſ. correxe-

Δο-rim, *καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθείαν δοκείτω ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, κ. τ. λ. neque ita vobis videatur, hoc conſilium nobis quidem aequum eſſe* etc. ſane et Scholiaſtes agnoſcit. HER.

h. Primo de morb. p. 132. v. 19. de ſuppuratis: Quanto vero magis tempus progreditur, tanto magis pus ſincerum ſpuit, et febres acutiores fiunt, et tuſſis frequens ac fortis, et inedia *διακναίει* vexat, et tandem aluus inferne turbatur, ſic vertit Germanus interpres. Caluus vero concinnat. Quae expoſitiones parum cum Erotiani ſenſu conueniunt. EUST. Pertinet procul dubio ad libr. I. de morb. mul. p. 614. 38. vbi legitur *ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει μάλιστα μὲν ἐκ τοῦ τόκου, ἢν ἐν αὐτῇσί τι διακνηθὲν σαπῇ.* Quibus paria ſunt haec e libro II. de morb. mul. p. 639. 27. *ἡ δὲ νοῦσος λάζεται ἐκ τόκου μάλιστα, ἤν τι ἐν αὐτῇ διακνηθὲν μὴ ἴῃ ἀλλ' ἐνσάπηται, καὶ τρηχυνθῇ τὸ ἔμβρυον*: ſed vtrobique ex Erotiano legendum *διακναιωθέν.* Ita p. 643. 50. *ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα, ἢν ἐν αὐτῇσι διακναιωθῇ, ἢ ἐνσαπῇ ἐν*

i [1] Δόχμιον) πλάγιον.

k [2] Δεινὸν αὐτίτην) τὸν ἀπαραάχυτον. Ὡς καὶ Πολύζηλος ἐν Δήμῳ, Τυνδάρεων φησὶν, [3] Ἀμαθαὶ γὰρ αὐτίταν πᾶσί τε θεοξενίης ἐγένετο.

l Διαπτερώσιες) διακαθάρσεις ὤτων. Χρώμεθα γὰρ πτεροῖς ἐνίοτε, [4] διακαθᾶραι ὦτα βȣληθέντες, ὡς καὶ οἱ αὐληταὶ τȣ̀ς αὐλȣ́ς.

m Δειμώδεος) φοβερȣ̃. Καὶ Δεῖμα ὁ φόβος. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις.

Δαῦ-

1 δογμὴ *MS. D.* δοχμὴ *Euſt.* δόχμιοι, πλάγιοι *Foeſ. ex coni.* 2 οἶνον *Chart. et* Δημωτυνθαρέῳ *Euſt. ex Suida.*

τῷ τόκῳ. Plura vide apud Foeſ. in oecon. Ceterum in loco ante adducto ſuſpecta nonnihil habeo illa, καὶ τρηχυνθῇ τὸ ἔμβρυον, de quo tamen alii viderint: certius puto pro ἐνσάπηται, legendum eſſe ἐνσαπῇ τε. HER.

i. Secundo de morbis mul. p. 276. v. 31. Si vteri tranſverſum ſitum habeant, et δοχμοὶ obliqui fuerint. Eſt etiam δοχμὴ Iulio Polluce teſte, palmus, qui digitorum quatuor menſuram habet. EUST. Heſ. interpretatur, δόχμια πλάγια, λοξά.

ſcribi poſſe aſſerit, nihilque referre arbitratur, ſiue θόρυξις per ο et υ, ſiue θώρηξις per ω et η ſcribatur. Secundo de nat. hum. t. 3. p. 23. v. 6. Et tam θωρησσομένων vinolentos, quam aquae potores (ſcilicet morbus contingit). Secundo de morb. p. 144. v. 3. de morbis, qui a capite fiunt. Aut θωρήξεται inebriatus fuerit: aut in ſole laborauerit. Et p. 145. v. 10. Si quis ex θώρηξιος ebrietate voce priuetur. Et p. 152. v. 18. de tabidis: Θωρηξίων ab ebrietatibus, et re venerea abſtineat. Et v. 32. de tabe dorſali: Per annum θωρηξίων ab ebrietate, et Venere, et laboribus abſtineat. Quam ſententiam repetit p. 153. v. 3. de arteria vulnerata. Secundo de morb. vulg. ſect. 5. p. 317. v. 35. de hydropico tuſſiente: Sin minus, θωρήξαι inebriato, et cibis ipſum impleto. Secundo aphoriſm. t. 21. p. 391. v. 23. Famem θώρηξις vini potatio ſoluit. In cuius commento Galenus inquit: Vini potionem θορήξιν nominare conſueuit. In libro ſiquidem de nat. hominis, et de victus ratione, in hunc modum ſcripſit, quae verba nos ſupra adduximus. Quare, inquit eo in loco Galenus, θωρήξις vini potus ab ipſo dicitur, quem dicit famem ſoluere. Et libro ſeptimo t. 48. p. 400.

[b][1] Θαμινὰ) πυκνά. Κεῖται καὶ ἐν τῷ Περὶ αἱμοῤῥοΐδων.

[c][2] Θερμωλή) ὁ πυρετός. Μήποτε καὶ πᾶσα θερμασία ὑπ' αὐτȣ̃ θερμωλὴ λέγεται.

[d] Θαλάμαι) αἱ [3] καταδύσεις.

[e] Θράσσει) Βακχεῖος φησὶ, κινεῖ, νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, [4] ἐρεθίζει. Ἔϛι δὲ ὀχλεῖ. Ὡς καὶ [f] Σοφοκλῆς ἐν [5] Ἑλένης ἀπαιτήσει φησὶ, Γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἢ [6] θράσσει [7] γένυντε. Ὡς τȣ̃ μὲν [8] ἕωλον γραφίοις ἐνημμένοις. Θράσσειν, μαίνεσθαι, ὡς καὶ Ἀριϛοφάνης ὁ γραμματικός. [9] Θρίσσειν δὲ φασι [10] τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίϛασθαι.

[g][11] Θυημάτων) ἀρωμάτων.

Θύ-

[1] *αἱμομοροΐδων MS. D.* [2] *θερμωλῆς MS. D.* [3] *καταθύσεις Foeſ.* [4] *ἐρετίζει vulgg.* [5] *ἑλένη MS. D.* [6] *θρῖσσει MS. D.*

v. 9. Vrinae ſtillicidium, et vrinae difficultatem *θώρηξις* vini potus, et venae ſectio ſoluit. Quem locum Galenus exponens, inquit, *θώρηξιν* eſſe vel ſimpliciter vini potionem, vel meracioris. EUST. Vide Foeſ. p. 273. De ſignificatione autem vocis *ἀκροθώρηξις* v. Hier. Mercurialis varr. lectt. L. IV. c. 6. p. 204 ſqq. vbi inter reliqua locus Clem. Alex. in Paedag. L. II. c. 2. illuſtratur, et huius vocis vera eruitur ſignificatio.

b. Quem affert locum ex libello de haemorrh. non invenio. Libro de locis in homine p. 71. v. 28. de morbo incognito: Si non profuerit gracilem facere, tumidum facere conducit: et *θαμινὰ* frequenter permutare. Qua voce pluries in hoc libro etiam vtitur. Secundo de morb. mul. p. 276. v. 24. Et vero *θαμινὰ* frequenter condormiat. Et v. 40. Si vero propinquiſſimi fuerint vteri, *θαμινὰ* frequenter vomat. Et v. 42. Et vrina *θαμινὰ* frequenter et paulatim deſtillat. Et p. 274. v. 25. et 49. In coac. praenot. p. 429. v. 14. Soporoſa, anxioſa, doloroſa hypochondria, *θαμινὰ* frequenter parum ſpuentia. Libro de vulner. cap. p. 451. v. 28. de applicatione terebelli: Et exemto *θαμινὰ* ſaepe terebello ſpeculari: tum alias, tum per admotum ſpecillum. Libro de fiſtulis p. 518. v. 32. Et

Θαμινὰ) denſe, ſeu frequenter. Vtitur hac voce in libro de haemorrhoidibus.

Θερμωλὴ) febris. Nonne quiuis calor ab eo θερμωλὴ dicitur?

Θαλάμαι) cubilia.

Θεάσσει) Bacchius inquit: mouet, pungit. Heraclides Tarantinus, irritat, quod eſt, perturbat: vt etiam Sophocles ait in Helenae repetitione: Mulierem autem recipientes, quae θράσσει, id eſt, turbat genam, ὡς τοῦ μὲν ἔωλον γραφίοις ἐνημμένοις.

Θρίσσειν) furere, vt eſt etiam apud Ariſtophanem Grammaticum; θρίσσειν autem interpretatur animo alienari.

Θυημάτων) aromatum.

M 3 Θή-

[7] *γενύν τε diuiſim vulgg.* [8] *αἰολὸν MS. D.* [9] *Foeſ. conﬁcit Erotianum ἐνθράσσειν legiſſe.* [10] *art. τὸ omittunt vulgg.* [11] *θοημάτων MS. D.*

Et θαμινὰ frequenter ad exonerandam aluum deſideat. In epiſtola ſecunda ad Damagetum p. 529. v. 18. de Democrito: Caput autem θαμινὰ frequenter concutiebat. EUST. V. Foeſ. p. 266. Forma θαμέως etiam hanc habet ſignificationem.

c. Libro de locis in hom. p. 71. v. 16. de capitis fract. Quum a θερμώλης caliditate detento, vlcuſcula eruperint debili exiſtenti circumcirca liuida, moritur. EUST. Foeſius p. 269. plura addit loca.

d. Libro de arte p. 3. v. 34. de articulis: Et horum nullum eſt, quod non ſubſpumoſum ſit, et circa ſe θαλάμας forulos habeat, quos ſanies prodit. Sic vertit Germanus interpres. Caluus, circaque ſeſe cellas et foramina non habeat. EUST.

e. Litera Erotiani tota deprauata eſt. Galenus in Exeg. habet θράσσεται pungitur, et ſtimulis agitur. EUST. Vide Foeſ. p. 272.

f. Mendoſum eſſe hunc Sophoclis locum patet, ſed ad eum emendandum caſtigatioris exemplaris auxilio fuerit opus. ST.

g. Galenus in Exeg. habet θύη ſuffitus, et odores, et θύματα ſuffimenta. Suſpicari non ſine cauſa quis poſſet pro θυήματων legendum eſſe θυμιήματων, vel θυμιάματων. Reperio enim apud Hippocratem, libro de ſuperfoetatione p. 51. v. 20. Faciendum

h [1] Θύνων) ὁρμῶν. Ὡς καὶ Ὅμηρος, Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς.

i Θεωρὲς) θεωροὶ λέγονται οἱ εἰς θεὲς πεμπόμενοι χρησμῶν ἐπισκέψεως χάριν.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ι.

a [2] Ἰητρεῖον) θεραπεία.

b Ἰσχεῖν) συλλαμβάνειν.

c Ἰδίειν) ἱδρῶν.

Ἰπνὲ

[1] θήνων *Euſt. et Iunta.*

ciendum eſt, vt os ſtomachi hiet, et viam praebeat appoſititio medicamento, idque pharmacis θυμιήματων ſuffitui aptis, ac mollientibus perficies. Et v. 33. Stomachus vteri a θυμιήματων ſuffimentis quidem, vbi concluſus fuerit, hians redditur. Primo de morb. mul. p. 236. v. 47. Fomentum tamen ſemper purgationibus praemittendum eſt, prius id, quod ex foeniculo paratur, deinde quod ex θυμιαμάτων ſuffimentis. Et p. 237. v. 3. Quum autem ad virum itura eſt, ὑποθυμιήσθω τὶ τῶν ὑποθυμιαμάτων, ſuffimentum quoddam ſuffiat ex adſtringentibus. EUST. Heſych. interpretatur, τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν. Vide et Homerum Iliad. ζ. v. 270.

h. Vide Foeſ. p. 275. Locus Homeri eſt, Iliad. ε. v. 87. et v. 250.

i. Vide Thom. Magiſt. in vocabulo θεωρὸς p. 446.

a. Secundo de morb. mul. p. 273. v. 7. de vtero collapſo. Rurſum ad veterem ἰητρείην medicinam redito. Secundo de fract. t. 65. p. 463. v. 30. Reliqua vero ἰητρείῃ curatio eadem eſt. Et v. 31. Quod (os) in priori tibiae parte exſtat, moleſtiam maiorem in ἰητρείῃ curando exhibet. Et libro tertio t. 8. p. 465. v. 30. Eamdem ἰητρείην curationem adhibere. Et t. 10. v. 49. Et quaecumque carunculae in vulnere denigratae ſunt, et mortificatae, citius abrumpuntur, et excidunt in hac ἰητρείῃ curatione, quam in aliis. Primo de artic. t. 72. p. 478. v. 42. Quum autem ad priſtinam naturam reſederit, reliqua ἰητρείη curatio velox erit. Et libro quarto t. 6. p. 495. v. 6. Aduertendum autem in horum ἰητρείῃ curatione eſt. Et t. 31. p. 496. v. 28. Ἰητρείη, curatio vero iam relata eſt, quae mihi accommodatiſſima videtur. EUST.

b. Li-

Θύνων) ruens, vt inquit Homerus: Θῦνε, hoc eſt, currebat enim per campum, abundanti fluuio ſimilis.

Θεωρὸς) dicuntur θεωροὶ, qui oraculorum conſulendorum cauſa ad Deos mittuntur.

PRINCIPIVM I.

ª Ἰητρείην) medelam.

ᵇ Ἴσχειν) concipere.

ᶜ Ἰδίειν) ſudare.

M 4

ª ἰητρείην *Euſt.* ἰητρείη *vulgg. rectius.*

b. Libro de nat. mul. p. 217. v. 30. Si acetabula pituita plena fuerint, menſes quidem bene ſuccedunt, et in ventre ἴσχει habet, corrumpit autem foetum, vbi fortior factus fuerit. Non enim poteſt ἴσχειν retinere, ſed abrumpitur. Sic vertit Germanus interpres. Primo de morb. mul. p. 247. v. 13. Si vero acetabula pituita plena fuerint, menſes fiunt pauciores: et ſi in ventre ἴσχει habuerit, corrumpit. Libro ſecundo de morb. vulg. ſect. 2. p. 313. v. 22. Quaedam coxam dolebat, priusquam ἴσχειν conciperet, poſtquam autem ἔσχεν concepit, non amplius dolebat. EUST. De hoc verbo fuſius Foeſ. p. 288.

c. Hipp. de aer. loc. et aqu. p. 285. 21. ὁκόταν δὲ εἰς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως ἰδίει: Vertitur: Quum vero ad vmbram peruenerit, tum corpus aequaliter ſudore diffluit. Verum non agitur hic de intenſo adeo ſudore, vt corpus inde diffluat: vnde malim legere: ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως ἰδίει, totum corpus eodem modo ſudat. Ἰδίειν enim antiquiores pro ἱδροῦν. Exſtat hoc apud ipſum Hipp. de morb. mul. L. I. p. 606. 22. κρέσσον δὲ διαρέειν καὶ ἰδίειν. Vide Foeſ. oecon. Semel etiam Homerus vſus eſt teſte Apollonio Sophiſta in Bibl. Coiſlin. p. 460. qui addit: ἐν δὲ τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ πλειστάκις τὸ ἴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἐπὶ τὸ ἱδροῦσθαι. Sed pro ἴδιον ibi corrigo ἰδίειν. Locus autem Homeri eſt Odyſſ. ύ. v. 204. Ἴδιον ὡς ἐνόησα, δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε. Quin et reperitur apud Theophraſt. hiſt. plant. L. V. c. 10. διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἰδίειν ἐνίοτε. Male id coniecturis tentarunt Scaliger et Bodaeus, quum iam de veritate vulgati conſtent. Quod vero ſoli, vt dixi, antiquiores hoc verbum adhibuiſſent, a Luciano in Lexic. p. 822. cum aliis tamquam obſoletum traducitur, καὶ νῦν βαδίζω τε ὀδυνηρῶς καὶ ἰδίω θαμὰ, καὶ μαλακιῶ τὸ σῶμα. HER. Heſychius exponit ἱδροῦν et ἀγωνιᾶν.

d [1] Ἶπνου) καμίνου. Οἱ δὲ, φοῦρνου. [2] Καὶ γὰρ ὁ φοῦρνος [3] ἴπνος λέγεται. Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν [4] Ὄρνισιν, εἰς τὸν ἴπνον [5] εἴσω πλησίον τοῦ πιστάτου.

f Ἱμείρομαι) ἐπιθυμῶ. Ἵμερος γὰρ ἡ ἐπιθυμία. [6] Ὡς Ὅμηρος· Ὥς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.

Ἰκέ-

[1] ὕπνου *MS. D.* [2] καὶ γὰρ οὐ *MS. D.* [3] ὕπνος *MS. D.* [4] σφήγξιν *MS. D.* ἐν σφηξὶ *Chart.*

d. Fidem liberabo, et quod c. 14. promiſeram, pergam Hippocratem coniecturis tentare. Epid. L. IV. p. 1128. E. legitur: Ὁ *ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου καταπεσὼν, ᾧ οὐ προσεβλήθη αὐτίκα σικύη.* Ineptiſſima eſt haec lectio, quis enim non videat *equum fictilem*, quem hic reperiant interpretes? Ex Act. Lipſ. A. 1717 video locum hunc tractatum eſſe a viro docto in Miſcell. Lipſ. Tom. IV. obſ. 79. Verum ea videre non licuit, nec grauatim lectores laturos ſpero, ſi mea ipſis propoſuerim. Notat Foeſius in vno MS. Regio pro *κεραμέου* haberi *κεραμείου*: et forſan vera eſt ea lectio, dummodo ſic diſtinguuntur; *ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου, ἵππου καταπεσὼν κ. τ. λ. Qui habitabat in figlina, quum ab equo decidiſſet.* etc. Κεραμεῖον dicitur officina ſigulorum, vt *σκυτεῖον* ſutorum, *κναφεῖον* fullonum etc. ſed Ionice *κεραμηΐου* potius ſcribendum. Amat vero Hippocrates eo modo domicilia aegrotorum annotare. Sic eodem hoc libro p. 1127. A. Ὁ *ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμοῤῥάγησε κατακορής.* Et p. 1129. *ὁ ἐκ μετάλλων*, et alibi. Lectio iam propoſita ſatis probabilis videtur. Sed non negligendum Lindanum audacter more ſuo edidiſſe *ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἴπνου καταπεσὼν*: quod factum, etſi minime probem, dignam tamen puto hanc lectionem, quae diligenter conſideretur: ſed et tum legendum *κεραμηΐου*, et vertendum: *qui a furno figuli deciderat;* ſtabilit hanc lectionem gloſſa Erotiani *ἴπνου, κ. τ. λ.* Haec enim vox omnino ex epidemiorum libris deſumta videtur, monſtrante ordine Erotiani, quo de iam ſaepius monui. Sed nondum deſino coniectare; dubito ſcil. annon olim longe diuerſa fuerit loci huius lectio. Quid ſuſpicioni anſam dederit, accipe. Erotianus in litera *κ* ordine recenſet has Hippocratis gloſſas *κορδίνημα* quod legitur epid. II. p. 1020. E.

κόλλι-

"Ἴπνȣ) camini; nonnulli vero furni; etenim furnus ἰπνὸς dicitur, vt Ariſtophanes in Auibus: Intus apud caminum in poſtrema parte.

Ἱμείρομαι) deſidero, vel appeto. Ἵμερος enim deſiderium, vel appetentia, ſicut Homerus: Vt nunc te amo, et me dulce ἵμερος deſiderium tenet.

M 5 Ἰκέ-

⁵ ἐχ ἡμῶν *MS. D.* ⁶ Ὡς Ὅμηρος *MS. D. ignorat.*

κόλλικες epid. II. p. 1056. E. καρφαλέον epid. III. p. 1117. F. κενέβρεια — καρυκοειδέα epid. L. IV. p. 1129. D. κοιλίης ταρ. ἤλεκτ. epid. L. IV. p. 1135. H. omnes igitur hae dictiones ordine etiam exſtant apud Hippocratem, niſi quod τὸ κενέβρεια ſolum nullibi compareat, quum tamen certum habeam Erotianum id legiſſe in priori parte L. IV. epid. Sed plura ad vocem κενέβρεια infra. HER. Iam hunc locum indicari ex epidem. IV. vidit Reineſ. in varr. lectt. L. I. c. 12. p. 43 ſq. qui ita feliciter emendauit: ὁ ἀπὸ τȣ̃ κεραμέȣ ἴπνȣ καταπεσὼν, *qui de furno figuli cecidit.* Schol. ad Ariſt. Pac. hanc vocem explicat ἰπνὸς eſt, ὃ ἡμεῖς καμίνιον καλȣ̃μεν, qui eſt Dioſcoridi κεραμικὴ κάμινος, Erotiano Φȣ̃ρνος. Ad Miſcellanea autem Lipſ. ab Heringa laudata quod attinet, ea potiſſimum in ſubſidium vocanda cenſui, eo conſilio, vt nouam in veterrimis obſeruationem reperirem, ſed inueni ibi Reineſii emendationem, praetereaque nihil. Scripta vero eſt in illis Miſc. haec obſeruatio a. D. Sigiſm. Schmiedero, Practico Lommazienſi adu. Dilherrum in Diſſ. Acadd. T. I. p. 51. de equo fictili, *vom Voltigirpferd.*

e. Exemplar ſcriptum habet ἐν σΦηξὶ, ſed ἐν ὄρνισι repoſui, quum in hac non in illa comoedia hunc verſum repererim; ſiue ſit Erotiani μνημονικὸν ἁμάρτημα, ſiue librarius non fideliter ex eius autographo deſcripſerit. ST.

f. Primo de morb. mul. p. 233. v. 30. de ſuppreſſis menſibus. Grauitas fit in ventre: et venter prominet: et ἱμείρεται ἡδελΦισμένος deſideriis ſimilibus afficitur, velut in ventre habeat. Locus Homeri ab Erotiano adductus eſt Iliad. tertio v. 446. Eſt et alter locus in decimo quarto Iliadis v. 228. Εἴπως ἱμείραιτο παραδραθέειν Φιλότητι ᾗ χροιῇ. *Si modo deſideraret prope dormire amicitiae ſua ſpecie.* EUST. V. Foeſ. p. 281. Heſych. exponit ἐράω, ἐπιθυμέω, ποθέω.

ff [1] Ἰκέλη) ὁμοία.

g Ἰκμαλέα) τὰ δίυγρα, καὶ ἱκανὴν ἔχοντα ἰκμάδα.

h [2] Ἰχθύην) ῥίνημα, ἢ πρίσμα.

i [3] Ἱππάκη) ἵππειος τυρός.

k Ἶνες) οἱ μὲν τὰ νεῦρα, οἱ δὲ τὰς [4] συνθετικὰς τούτων [5] κατηδόνας.

Ἰνηθμὸς) κάθαρσις κοιλίας.

l [6] Ἰνήσεται) καθαρθήσεται. [7] Καὶ Ἶνησις, ἡ κάθαρσις.

Ἰθα-

[1] *ἠκέλη MS. D.* [2] *ἰχθύημα vel ἰχθυήματα Foeſ. ex coni.* [3] *ἱππάκει MS. D. ἵππακην et ἵππειον τυρόν Foeſ. ex coni.* [4] *συντεθηκὰς MS. D.*

ff. Primo de morb. mul. p. 244. v. 25. de vulua in partu vlcerata: Ἴκελον ſimile quid fit vlceri ſuperficiario ac ferventi. Et libro ſecundo p. 272. v. 44. de vtero collapſo: Oportet autem et plumbum ἴκελον ſimile figura craſſiſſimae tedae formatum intrudere. Tertio de morb. vulg. t. 24. p. 322. v. 19. Erat autem et fluxio collecta, non puri ἴκελον ſimilis. EUST. Vide Foeſ. p. 279.

g. Libro de genitura p. 28. v. 34. Nam et vteri ſimul ἰκμαλέαι humidi fiunt in commixtione. Primo de morb. mul. p. 232. v. 15. Neque enim vteri ἰκμαλέαι humidi in ſe ipſis ſunt. Et v. 18. Si enim ἰκμαλέαι humidi fuerint vteri a coitu, non facile diſtorquentur. Et p. 234. v. 47. Hepar autem ἰκμαλέον humidum eſt. EUST. V. Foeſ. p. 279.

h. Galenus in Exeg. ſignificare dicit, marinae ſquatinae pellem, et poſſe etiam ſumi pro vngue ferreo, quo vtimur ad infantem immaturum, dum adhuc in vtero eſt, extrahendum: quod ad ſquamarum piſcis ſimilitudinem ſic vocatur. Libro de extract. foet. p. 53. v. 8. Atque vbi os brachii denudaueris, ἰχθύην ſquatinae pellem, circum duos manus digitos obligato, ne caro lubricitate ſua elabatur. EUST. Hippocrat. in libello qui περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου inſcribitur, παραδεῖραι δὲ καὶ τὸν βραχίονα, καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, ἰχθύην περίδησον περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο. Vide Galeni ἐξήγησιν γλωσσῶν Hippocratis. ST.

i. Libro de aere, aquis et locis p. 78. v. 24. de Scythis Nomadibus: Comedunt etiam ἱππάκην equinum caſeum. Quarto de morb. p. 174. v. 4. de his quae fiunt ex lacte.

Vbi

Ἰκέλη) ſimilis.

Ἰκμαλέα) humida et Ἱκανὴν, idoneum humorem habentia.

Ἰχθύην) ramentum, vel ſcobem.

Ἱππάκη) equinus caſeus.

῎Ινες) nonnulli neruos, nonnulli vero hos componentes fibras.

Ἰνηθμὸς) ventris purgatio.

Ἰνήσιον) medicamentum purgans; et ἴνησις purgatio.

Ἰθα-

[5] *κτηδόνας MS. D. et ſic Geſn. et Foeſ. an κοτυληδόνας Chart.* [6] *ἰνήσιον quidam falſò. εἰνήσεται apud Hippocr. σινεῖται Calu.* [7] *vulgg. inſerunt, Ἰνήσιον) καθαρτικόν.*

Vbi vero concretum ac ſiccatum fuerit, *ἱππάκην* ipſum vocant. EUST. Vide Hier. Mercur. varr. lectt. L. II. c. 26. et Conr. Geſner. de lacte et operibus lact. p. 44.

k. Libro de carnibus p. 41. v. 23. de generatione hepatis: Si vero quis ipſum (ſanguinem) conquaſſet, et *ἶνας* fibras eximat, non congelatur: *αἱ γὰρ ἶνες* fibrae enim frigidae ſunt ac glutinoſae. Et v. 25. de lienis formatione: Sunt autem id *ἶνες* fibrae in ſplene exiſtentes: et propter has *ἶνας* fibras mollis eſt ſplenis, et *ἰνώδης* fibroſus. Secundo de morb. p. 151. v. 7. de ſuppurato ex peripneumonia: Si pus album et purum fuerit, et *ἶνες* fibrae ſanguinis inſunt, plerumque ſanus fit. Erotianus hanc vocem explicans, dicit: ſignificare *κτηδόνας*, hoc eſt, fibras, pro qua perperam in aliquibus exemplaribus ſcribitur *κατηδόνας*, pro vtraque autem reponere *κοτυληδόνας* ſimul falſum eſt, ac temerarium, nam in libello de corde p. 55. v. 46. inquit Hippocrates: Sunt enim et aliae quaedam in ventriculis pelliculae, velut araneorum telae extentae, quae vndiquaque oſcula cingunt, *κτηδόνας* fibras, vel filamenta in ſolidum cor inſerunt. Germanus interpres vertit, ſtrias, ac ſegmenta. Calvus vero, ſolidam cordis partem petentes ac permeantes. EUST. Pro *κατηδόνας* videndum eſt, an reponi debeat, *κοτυληδόνας*. ST. Vide Foeſ. p. 282.

l. Galenus in Exeg. habet *ἰνέει*, inanit, *ἰνηθμὸς*, inanitio, et *ἰνεῖται*, inanitur. Libro de locis in homine p. 69. v. 8. de curatione pleuritidis, *ἢν δὲ ἰνηθμὸς*: Si vero euacuatio oboriatur, pro qua voce

[m] Ἰθαγενές) [1] αὐθιγενές.

[n] Ἰσάτις) βοτάνης ὄνομα.

[o] Ἰσοκνήμȣ δι᾽ ἕδρυος) τȣ͂ ἴσȣ καὶ ὁμαλȣ͂.

[p] [2] Ἵδρυτο) ἐνεκάθητο. Ἐπικλῆς δὲ, κατέϛη εὐϛαθῶς· ἔϛι δὲ μᾶλλον, ἐνεκάθητο, ὡς καὶ Ὅμηρος, Πρῶτος Νεϛορίδης Πεισίϛρατος ἐγγύθεν ἐλθὼν, Ἀμφοτέρων ἕλε [3] χεῖρα, καὶ [4] ἵδρυσεν παρὰ δαιτί.

[q] [5] Ἰξύϊ) ὀσφύϊ.

Ἰξά-

[1] *αὐθεγενές MS. D.* [2] *ἵδρυετο apud Hipp.* [3] *χεῖρας MS. D.*

ce Cod. Vat. habet *νυγμὸς*, hoc eſt, punctura. Caluus vertit ſingultus, vnde ſuſpicamur eum legiſſe *λυγμὸς*, quae lectio non eſt vſquequaque contemnenda, quia ſingultus inter perniciosae pleuritidis ſigna, ab Hippocrate, tertio de morb. p. 162. v. 47. connumeratur. Et p. 71. v. 15. de fracturis capitis: Et qui ab *ἰνηθμȣ͂* euacuatione detinetur, et debilis eſt. Et v. 20. Medicamentum autem neque *ἰνηθμῶν* euacuatiuum, neque vomitorium ſumat. Et v. 23. Vomitus enim *ἰνηθμὸν* euacuationem ſedat. Et p. 72. v. 20. Vbi enim pituita in ventrem ingreſſa fuerit, *ἰνηθμὸς* euacuatio contingit. EUST. Cf. Foeſ. p. 282.

m. Galenus in Exeg. exponit ingenuum, vt eſt apud ſapientem: Sed me aeque atque *ἰθαγενέσιν ἐτίμα*, ingenuos honore afficiebat. Aduertendum tamen eſt *γνήσιον*, qua voce Galenus exponit *ἰθαγενὲς*, ſignificare non ſolum ingenuum, verum etiam legitimum, indigenam, germanum, et verum. Primo de morb. mul. p. 252. v. 40. de mola: Neque conceptus *ἰθαγενὲς* rectus ſit: et venter plenus eſt, velut praegnantis. EUST. Plura de hac voce conſpicere licet apud Foeſ. p. 278. Heſychio eſt, *αὐτόχθων γνήσιος*. V. Homer. Odyſſ. ξ'. v. 203.

n. Quarto de morbis vulgaribus p. 333. v. 33. Quum receſſus aquoſi ſubdio expoſiti eſſent, ſuperne leues, tenues *ἠσατώδει* iſatidi valde ſimiles fuerunt, vt vides, dictio ſcribitur per *η*. Apud Dioſcoridem vero et Erotianum per *ι*. Eſt autem *ἰσάτις* herba, quae nobis glaſtum, ſeu guadum nominatur. EUST. Foeſ. p. 287. addit locum *περὶ ἑλκῶν*, p. 514. 9. 10. Vide Dioſcor. quoque L. II. c. 215. 216. et Plin. L. XX. c. 7.

o. Locus ita deprauatus Foeſio p. 278. videtur, vt ſine melio-

'Ιθαγενὲς) indigenum.

'Ισάτις) herbae nomen.

'Ισοκνήμȣ δι' ἕδρυος) per ſyluam aequalem et planam.

"Ιδρυτο) inſidebat. Epicles vero conſtitutus erat firmiſſime. Dicitur autem magis proprie inſedit, vt etiam Homerus inquit: Primus Neſtorides Piſiſtratus cominus accedens, amborum coepit manus, ἵδρυσε ſedere iuſſit ad conuiuium.

'Ιξύϊ) lumbo.

'Ιξά-

[4] ἵδρυσε *MS. D.* [5] ὀξύϊ *Erotianum legiſſe Foeſius coniicit.*

melioris exemplaris opera vix reſtitui poſſit.

p. Primo prorrh. com. 2. t. 36. p. 410. v. 21. Dolor in pectus ἱδρυνθεῖσα firmatus, cum torpore malus. In cuius commento Galenus ait: Dolor pectori ἱδρύνθεις firmatus, vt aegre auferatur, thoracis indicat phlegmonem. Locus Homeri ab Erotiano adductus, eſt in tertio Odyſſeae, in principio. EUST. Plura vide apud Foeſ. p. 277.

q. Galenus in Exeg. habet, ἰξύας, pars inter coxarum vertebras et lumbum interpoſita. Libro de nat. mul. p. 215. v. 15. de ore vteri complicato. Et dolor imum ventrem tenet, ac ἰξύας lumbos. Et v. 38. Et rigor ac dolor imum ventrem, ac ἰξύας lumbos tenet. Et p. 216. v. 6. Et dolor imum ventrem, ac ἰξύας lumbos habet. Et v. 22. Dolor ex imo ventre aſcendit ad ἰξύας lumbos. Primo de morb. mul. p. 233. v. 24. Et ἰξύας lumbos et laterum mollitudinem mirum in modum dolet. Et p. 241. v. 47. Si vero ἰξύας lumbos doleat. Et libro ſecundo p. 265. v. 7. Et dolor occupat ἰξύας lumbos. Et v. 24. Et ἰξύας lumbos, et tendinem, etc. irruit. Secundo de fract. t. 70. p. 464. v. 14. Pauca inſuper lintea circa coxam, et ἰξύας ilia circumdare oportet. In cuius com. Galenus ait: Ilia dixit ἰξύας, quae nonnulli accipiunt pro ilium oſſibus, nonnulli pro parte, quae ſuper ipſa eſt, quae λαπάρα proprie vocatur. Deinde addit: Quae autem partes ἰξύες nominentur, non eſt quod multis agam, ob id enim, quod poeta numero ſingulari ἰξύαν ſcripſit in illo carmine Περὶ ζώνην, Βάλλετ' ἰξύην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν: Illi circumdant zonam centum orbibus aptam, tum ob id,

r [1] Ἰξάλη) τελείας αἰγὸς δέρμα, ἣν [2] μηλωτὴν καλοῦσι.

s [3] Ἰδνώθη) συνεκάμφθη. Ὡς καὶ Ὅμηρος, [4] Πλῆξεν· ὁ δ' ἰδνώθη.

t Ἴκταρ) ἐγγὺς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύ-

1 ἰξάλην *Foeſ. ex coni.* 2 μελετὴν *MS. D.*

id, quod credibilius eſt, zonam dari inter ilia et thoracis oſſa, exiſtimet aliquis hanc ipſam partem corporis ἰξύαν appellari. Contra vero ex eo, quod Hippocrates multitudinis numero ἰξύας dixit, quodque ad ilium oſſa voluit vinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis, ἰξύας haec ipſa nuncupari. EUST. Foeſ. p. 285. addit locum ex mochlico p. 511. 17.

r. Galenus in Exeg. eodem modo exponit, ſed ſcribit reperiri etiam ἰσάλλην, pellem caprae, corium. Tertio de fract. t. 25. p. 467. v. 7. Oportet autem ἰξάλην αἰγὸς caprae pellem ſubſternere. In quo loco Galenus ait: Pellem ἰξάλην vocauit, quo nomine caprina ne tantum ſignificetur, an alia quaeuis, quaerere in arte haec ſuperuacaneum eſt. EUST. Plures ſignificationes huius vocis diligenter collegit Foeſius p. 283.

s. Primo de morb. mul. p. 232. v. 10. Hoc autem contingit, ſi vterorum os concluſum fuerit, aut ἰδνώθη diſtortum. Homeri locus eſt Iliadis ſecundo v. 266. Ὣς ἄρ' ἔφη, σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον, ἠδὲ καὶ ὤμω Πλῆξεν. ὁ δ' ἰθνώθη· θαλερὸν δὲ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. *Sic dixit: ſceptroque ſcapulas, atque humeros Percuſſit. hic autem inclinatus eſt: ſalſaque ei excidit lacryma.* EUST. Conf. Homer. Il. ν'. v. 618. Foeſ. p. 277. Heſychio itidem exponitur ἐκάμφθη et ἐτανύσθη.

t. Galenus in Exeg. dicit, hanc vocem non modo prope ſignificare, verum etiam pro feminarum pudendo, in ſecundo de morb. mul. accipi. EUST. L. II. de morb. mul. p. 663. 46. leguntur haec verba: καὶ τὸ ἧπαρ ξηραίνεται, quae non admodum expedita ſunt, quod enim ait, κ. τ. ἥ. ξ. id nullus capio: quare enim hepar magis, quam cetera viſcera patitur? et quo demum indicio patet, hepar ſiccari? Ne longus ſim, mendoſa haec exiſtimo, et hunc locum eum eſſe, vbi veteres pro ἧπαρ legerunt ἴκταρ, quam vocem nullibi in noſtris libris reperiri confido, quo de iam c. 13. monere memini. (Ibi enim ſic: „Galenus v. c. teſtatur vocem ἴκταρ reperiri γυναιξ. L. II. Agnoſcit eum Erotianus quoque, ſed in noſtris

Ἰξάλη) perfectae caprae pellis, quam μηλωτὴν appellant.

Ἰδνώθη) reflexus eſt, ſeu inclinatus, vt Homerus, percuſſit; ille autem ἰδνώθη inclinatus eſt.

Ἴκταρ) prope, apud Atticos, vt Aeſchylus ἐν Εὐμενέσι

[3] *ἰδνωθῇ et συγκαμφθῇ ex emendatione Foeſ.* [4] *πλῆξε δ' ἰδνώθη MS. D.*

ſtris editionibus fruſtra quaeretur.") Sed audiendus eſt ipſe Erotianus ἴκταρ, κ. τ. λ. Locus Aeſchyli reperitur Eumenidum v. 1000 et 1001. eo cum diſcrimine, quod ibi legatur: χαίρετ' ἀστυκὸς λεώς· nec aliter in codice ſuo legiſſe videtur Euſtachius, vertens: ſalue vrbane popule. Frequentauerat igitur vocem eam Aeſchylus: exſtat enim et in Agamemn. v. 117. φανέντες ἴκταρ μελάθρων. Sed et alii quoque veterum vſi ſunt: notum eſt prouerbium apud Platon. Polit. L. IX. p. 575. C. Οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Vide Timaei Lexicon Platon. in Bibl. Coiſl. p. 459. Suidam et Moeridem Atticiſtam. Habet Heſiodus quoque Theogonia v. 691. et tanquam obſoletam ridet Lucian. in Lexiph. Conferantur Galeni verba in ἴκταρ. Ex quibus liquet iam olim admodum incertam fuiſſe eius vocis lectionem et ſignificationem, quum Erotianus explicet *prope*, Galenus autem *feminal.* Cydius vero Mylaſſenſis et Iſchomachus mutarint veterem lectionem, et repoſuerint ἴκμαρ procul dubio pro ἰκμάς, *humor;* quod agnoſcit etiam Heſychius, ἴκμαρ, νοτίς exponens. Iam praeterquam quod Galenus diſertim affirmet, dictionem hanc legi L. II. de morb. mul. Singulae hae explicationes aliquo cum ſenſu, licet non aeque bono, conueniunt loco adducto Hippocratis, quod coniecturam meam haud parum firmat. Si enim legatur: καὶ δίψα ἰσχυρή. καὶ τὸ ἴκμαρ ξηραίνεται, ſenſus erit, omnia liquida per vim inflammationis et febris inde oriundae diſſipari, hinc craſſiora tantum reſtare, ac intenſam proin ſitim oriri. Sin vero ἴκταρ legere placet, et cum Erotiano exponas ἐγγὺς intelligendum erit, ea quae parti affectae proxima ſunt, reficcari et humido naturali orbari, ob cauſas mox dictas: vtero enim inflammato, neceſſarium eſt ſaepe quoque vuluam, aliaque vicina affici, hinc dolere, reficcari, humore eas partes naturaliter irrorante deſtitui. Eodem vero manente ſenſu, facilior aliquanto eſt expoſitio Galeni.

[1] Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησὶ, [2] Χαίρετ' [u] [3] Ἀττικὸς λεὼς, [4] Ἴκταρ ἥμενοι Διός. Μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν [5] Ἠδωνοῖς. Οἱ δὲ περὶ Ἰσχόμαχον καὶ Κυδίαν τὸν [6] Μυλασσέα, ἔγραψαν Ἴκμαρ. Αἴτιον δὲ τούτου ἡ τῆς λέξεως ἄγνοια.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Κ.

[a] Καμπύλον) τὸ μὴ [7] ὀρθὸν, ἀλλὰ σκολιῶς συγκεκαμμένον. [8] Εἴρηται ἀπὸ τῶν κεκαμπυλωμένων ξύλων.

Καρδα-

[1] *Αἰσχίλος MS. D.* [2] *χαίρετε MS. D.* [3] *ἀςυκὸς Chart. ni fallor, ad hunc locum ex Steph.* [4] *ἴκταρ μὲν οἷον MS. D.* [5] *ἠδώνιος MS. D.* [6] *Μυλασέα MS. D.*

ni, per *ἴκταρ* intelligentes *τὸ γυναικὸς αἰδοῖον*: admodum enim coactus eſt ſenſus in explicatione Erotiani. Vtinam tamen Galenus vel vnicum produxiſſet teſtem, ad ſtabiliendam hanc vocis *ἴκταρ* notionem, id vero quoniam nec ab eo, nec ab aliis, quantum ſcio, praeſtitum eſt, ampliandum duco. HER.

u. Locus hic Aeſchyli p. 306. meae editionis habetur, ſed in ea non *ἀττικὸς*, ſed *ἀςυκὸς* legitur. Addit autem Galenus *ἴκταρ* apud Hippocr. *γυναικ.* L. II. accipi pro pudendo muliebri. ST.

a. Libro de decenti ornatu p. 13. v. 46. de cucurbitulis et ſcarificatione. Scalpris autem *καμπύλοις* incurvis, in ſummo non valde anguſtis vtendum eſt. Libro de oſſium natura p. 62. v. 12. Penetrant autem et in pudendum venae craſſae, et tenues, et denſae, et *καμπύλαι*, curvae. Primo de morb. mul. p. 252. v. 37. de extractione foetus mortui. Scalpellum vero, quo diſſecas, *καμπυλώτερον* incuruum potius ſit, quam rectum. Primo progn. t. 12. p. 402. v. 6. Si vero *καμπύλον ἢ ῥικνὸν* retorta aut contracta fiat, aut liuida, aut pallida palpebra. Quem locum Galeni interpretes ita vertunt: Si vero palpebra, aut labrum, aut nares cum aliquo ex ceteris ſignis pervertatur, aut liueſcat, aut palleat. In cuius textus commento Galenus inquit: Maxima librorum pars ita ſcriptum habet huius ſententiae initium. In quibuſdam vero pro *καμπύλον*, hoc eſt, peruerſum, ſcribitur *ῥιγνὸν*, hoc

νίσι inquit: Salue vrbane populc *ἴκταρ*, prope ſedentes Iouis. Meminit quoque huius vocis ipſe in Hedonis. Iſchomachus vero, et Cydias Mylaſeus ſcripſerunt *ἴκμαρ*; cuius ſane rei cauſa fuit vocis ignoratio.

PRINCIPIVM K.

Καμπύλον) non rectum, ſed flexuoſe incuruatum. Dictum eſt autem ab incuruatis lignis.

Καρδα-

[7] *ὀρθρὸν MS. D. ſed in margine emendatum ὀρθόν.* [8] *εἴρηται δ. ἀ. τ. κ. haec verba deſunt in MS. D.*

hoc eſt, rigidum, vt hoc nomine ſignificetur palpebrae contractio. In quo loco etiam aduertendum eſt, in Hippocratis textu *ῥικνὸν* ſcribi, in com. vero Galeni *ῥιγνόν*. In cuius textu vtraque harum vocum deeſt. Libro de vulneribus capit. p. 446. v. 23. de ſpeciebus fiſſurarum. Aliae rectiores ſunt, aliae etiam valde rectae, aliae vero *καμπυλώτερά τε καὶ καμπύλαι*, curuiores, et curvae ac profundiores. Et v. 44. Haec autem ſedes ipſa in ſe ipſa, longior ac breuior fit, et *καμπυλωτέρη* curuior, ac rectior, et orbiculatior. Primo de artic. t. 4. p. 472. v. 28. A natura enim pronum eſt brachii caput in anteriorem partem, reliquum autem brachii os ad externam partem *καμπύλον* incuruum. Et libro ſecundo t. 1. p. 479. v. 9. de brachio fracto: Ita enim *καμπύλον* incurua gibbi pars non impediet. Et libro tertio t. 113. p. 494. v. 16. Anterior enim pedis pars, vbi reliquum crus extentum fuerit, non ſimiliter in anteriorem partem *καμπυλέεσθαι* inflecti poteſt, ſicut vbi crus fuerit inflexum. Quem locum exponens Galenus inquit, pars pedis, quae ad plantam eſt et digitos, (quam priorem appellat) extento poplite contingere terram non poteſt, vocauit autem huiuſmodi pedis habitum *καμπύλον*, id eſt, curuum: nam commiſſura, quae ad talum eſt, neque extenta dici ſolet, neque flexa, ſicut ea, quae ad poplitem, et ea, quae ad inguen eſt. Habetur etiam haec vox in mochlico p. 507. v. 12. et p. 508. v. 14 et 39. EVST. Heſychius explicat, *ἐπικαμπῆ, στρεβλά*.

[b] Καρδαμύσσειν) καὶ Σκαρδαμύσσειν γράφεται. Ἔστι δὲ τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν καὶ εἰς ἐπίμυσιν [1] ἄγειν. Ἰδίως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ καρδάμου, ὃ ἄν τις προσενέγκηται, συνεχῶς τὰ βλέφαρα ἐπιμύει.

[c] Κόσμου) τάξεως. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις. Καὶ γὰρ Κοσμίους λέγομεν τοὺς εὐτάκτους, καὶ Κοσμητὰς τοὺς τῆς ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας.

[d] Καρδιώσσειν) Καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ [2] τὸ τῆς γαστρὸς στόμα· ὃν καὶ [3] Στόμαχον κοινῶς καλοῦμεν.

Καρ-

[1] *ἀγὰν Foeſ.* [2] *καὶ τῆς omiſſo τὸ MS. D.*

b. Sexto de morb. vulg. com. 5. t. 2. p. 347. v. 17. Invenit natura ſibi ipſi aggreſſiones, non ex praemeditato, partim velut eſt *σκαρδαμύσσειν* nictare, vel conniuere. Libro de diebus iudicat. p. 388. v. 28. Quod autem non videat, inde cognoueris, non enim *σκαρδαμύσσει* nictat, dum digitus admouetur, et floccos aufert de ſtragulis. EUST. Et hanc vocem in prognoſtico Erotianum legiſſe liquet; quum etiam binae ſequentes hoc libro reperiantur. Haec tamen ſola eſt, cui locum aſſignare nequii, ſiue alicubi corrupta lateat, ſiue quacumque de cauſa; quod aliis excutiendum relinquo. HER. Plura loca collegit Foeſ. p. 569.

c. Secundo de morb. mul. p. 278. v. 28. de vteri procidentia. Et ſi vterum contigeris, *οὐκ ἐν κόσμῳ ἐστὶ*, non eſt in ſuo mundo. Sic vertit Germanus interpres. Calvus vero et quidem rectius, non eſt in ſuo loco, proprie diceretur, non eſt in ſuo ordine, ſeu in ſua diſpoſitione, quae eſt ordo partium in toto, vel in loco. Tertio progn. t. 7. p. 407. v. 7. Fit autem quartanarum febrium conſtitutio ex huiuſmodi *κόσμου* ordine. In cuius com. Galenus ait, *κόσμον* appellavit decretoriorum dierum ordinem, vt enim *ἀκοσμίας* proprium eſt *ἀταξία*, id eſt, inordinatio, ita *κόσμου* eſt *τάξις* ordinatio. Et eam ob rem appellarunt mortales vniuerſum hoc *κόσμον*, argumento ordinationis, quandoquidem in eo cuncta recte diſpoſita ſunt. Primo prorrh. com. 2. t. 9. p. 410. v. 1. Ex *κοσμίου* moderato ferox reſponſio, malum. EUST. Vide Foeſ. p. 350.

d. Secundo de morb. p. 156. v. 11. Verum vbi quidem ſine cibo manet, viſcera ſugunt, et *καρδιώσσει* os ventriculi dolet.

Καρδαμύσσειν καὶ σκαρδαμύσσειν ſcribitur.) Frequenter palpebras mouere, et claudere proprie Attici dicunt. Dicitur autem *ἀπὸ τȣ̃ καρδάμȣ*, id eſt, naſturtio, quod ſi quis admoueat, frequenter palpebras claudit.

Κόσμȣ) ordinis. Attica autem vox; etenim *κοσμίȣς* dicimus decoros, et *κοσμητὰς* quibus adoleſcentium eſt curae.

Καρδιώσσειν) *καρδίαν* veteres appellabant os ventriculi, quod etiam ſtomachum communiter appellamus.

[3] *Foeſius inſerit art. τὸν, κ. τὸν ς.*

dolet. Primo de morb. mul. p. 233. v. 30. de ſuppreſſione menſium. Et p. 234. v. 6. et p. 235. v. 49. et p. 241. v. 43. et p. 242. v. 41. et p. 243. v. 49. et p. 245. v. 2. Secundo de morb. vulg. ſect. 5. p. 317. v. 41. Tertio progn. t. 33. p. 408. v. 23. Reperio etiam *καρδιῆς πόνος*. Primo prorrh. com. 2. t. 40. p. 410. v. 26. Καρδιῆς πόνος. Oris ventriculi dolor, cum praecordio diſtento, et capitis dolor, malignum, et quidpiam anheloſum. Vtitur etiam voce *καρδιαλγεῖν*, ſecundo de morb. vulg. ſect. 2. p. 312. v. 40. Mulier *ἐκαρδιάλγει* os ventriculi dolebat. Eſt et vox *καρδιωγμὸς* ab Hippocrate vſurpata pro oris ventriculi affectione. Quarto de morbis p. 169. v. 27. Et ob id in ipſo nullus alius fit morbus, quam is, quem homines *καρδιωγμὸν* cordis morſum vocant. Primo de morb. mul. p. 235. v. 19. de febribus. Et *καρδιωγμὸς* ſtomachi dolor. Quarto aphor. t. 17. p. 394. v. 8. Cibi faſtidium, et *καρδιωγμὸς* oris ventriculi morſus. In cuius com. Galenus ait: Καρδιωγμὸς eſt cordis, hoc eſt oris ventriculi paſſio, priſci ſiquidem et hoc cor nominabant. Et aph. 65. p. 395. v. 21. In febribus circa ventrem aeſtus vehemens et *καρδιωγμὸς* oris ventriculi morſus, malum. In quo loco Galenus inquit: Quod non ſolum ei viſceri, quod ſua natura pulſat, cor nomen fuerit apud antiquos, ſed etiam ori ventriculi, pro confeſſo habetur apud omnes: ſicuti etiam quod cordis dolorem, huius partis dolores appellent. Verbum autem *καρδιώσσειν*, id eſt, corde morderi, plurimi exponentium aphoriſmos pro *καρδιαλγεῖν*, quod eſt, corde dolere, acceperunt: nonnulli ipſius cordis, hoc eſt, viſceris motum quemdam palpitationis ſimi-

Καρδιώττειν οὖν καὶ Καρδιαλγεῖν λέγεται, τὸ μετὰ ναυτίας καὶ ὀδύνης ἀνιᾶσθαι τὸν στόμαχον. Καὶ [1] Καρδιωγμὸς ἐντεῦθεν, ἀντὶ τοῦ, ὁ τοῦ στομάχου δηγμός. [2] Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος καρδιωγμὸς ὁ τῆς καρδίας κυρίως τοῦ σπλάγχνου [3] διωγμός. [4] Τουτέστιν ἀθρόως καὶ σφοδρῶς καὶ παλμὸς ἐν αὐτῷ γινόμενος.

[e] Κωματώδεες) οἱ μετὰ κώματος καταφερόμενοι. Κῶμα γὰρ ὁ ὕπνος, καὶ οἷον κοίμημα. Οἱ οὖν μετά τινος [5] νωθρίας ἐν καταφορᾷ ὄντες, κωματώδεες [6] καλοῦνται.

[f] Κλαγγώδη) Δημήτριος μὲν ὁ Ἐπικούρειος [7] κλαγγώδη ὄμματα ἐνόμισε τὰ εὐκίνητα, δεινῶς ἁμαρτάνων.

Οὐ

[1] *καρδιωγμὸν MS. D.* [2] Ἔστι δὲ *vſque* καρδίας. *Haec deſiderantur in MS. D.* [3] δηγμὸς *Foeſ.*

ſimilem, per καρδιωγμὸν, id eſt cordis morſum intellexerunt. Tertio progn. t. 30. p. 408. v. 12. Si et καρδιωγμὸς, oris ventriculi morſus huic acceſſerit. Quem locum Galenus explicans ait: Os ventriculi etiam cor appellari, omnes ſcire. Libro de veratri vſu p. 534. v. 27. Cibi faſtidium, aut καρδιωγμὸς ſtomachi punctura, aut vertigo, aut os amarum. Reperitur etiam καρδιωγμοὶ, ſecundo de morb. mul. p. 264. v. 15. Ad haec et καρδιωγμοὶ ſtomachi morſus fiunt. Et p. 266. v. 42. Et p. 269. v. 39. Primo de morb. vulg. com. 2. t. 56. p. 304. v. 28. EUST. Vide Foeſ. p. 305.

e. Galenus ſcripſit libellum de comate, in quo docte et eleganter ſignificationem et vſum eius vocis explicat. Primo de morbis vulg. com. 2. t. 29. p. 303. v. 33. Neque ſomni in totum, maxime vero hi, et rurſus κωματώδεες ſoporoſi. Et t. 72. p. 305. v. 28. Et com. 3. t. 19. p. 308. v. 10 et 11. de Sileno. Et libro ſecundo ſect. 3. p. 314. v. 28. et 39. et 40. de morbis illius aeſtatis. Et libro tertio, comm. tertio, t. 34. p. 322. v. 39. et t. 62. p. 323. v. 23. et t. 67. p. 323. v. 47. et libro quarto p. 333. v. 38. Et libro ſeptimo p. 358. v. 43. Primo prorrh. com. 1. t. 1. p. 409. v. 1. et t. 39. p. 410. v. 25. Neque in febre fractos, ſi κωματώδεες ſoporoſi fuerint, pernicioſum enim eſt. In cuius com. Galenus ait: Superuacue adiectum eſſe verbum κωματώδεις, bifariam ſcripta prima ſyllaba, et per κ et ω, et per

κ, et

Καρδιώττειν igitur et καρδιαλγεῖν dicitur cum nauſea et dolore ſtomachum diſcruciari: hincque καρδιωγμὸς, id eſt, ſtomachi morſus. Eſt autem et alter καρδιωγμὸς, cordis proprie viſceris eroſio, id eſt, παλμὸς palpitatio, quae frequenter, et vehementer in ipſo fit.

Κωματώδεες) obdormientes altiori ſomno. Κῶμα enim ſomnus, et quaſi κοίμημα, dormitio: Qui igitur cum quodam torpore deiecti, κωματώδεες, id eſt, ſomniculoſi appellantur.

Κλαγγώδη) Demetrius quidem Epicureus κλαγγώδη oculos putauit valde mobiles, valde errans: non enim

N 3 de

[4] τετέςι *vulgg.* [5] νωθρείας *diphtongós Foeſ.* [6] λέγονται *Foeſ.* [7] κλαγγώδεα *Foeſ.*

κ, et α, et υ. Et t. 42. p. 410. v. 26. Et t. 57. p. ead. v. 46. Similiter κωματώδης. Primo de morbis vulgaribus, com. tertio, t. 19. p. 308. v. 11. Et t. 22. p. 309. v. 7. Et t. 31. p. 311. v. 9. Et libro tertio com. 1. t. 11. p. 319. v. 23. Et t. 28. p. 320. v. 2. et com. 2. t. 8. p. 321. v. 24. Et t. 9. pag. ead. v. 40. Et com. 3. t. 16. p. 322. v. 11. EUST. Interdum tribuitur ὕπνῳ, eſtque κωματώδης ὕπνος idem quod κῶμα. Interdum κωματώδης dicitur ille, qui comate premitur. Erotianus igitur quum κωματώδεες exponit οἱ μετὰ κώματος καταφερόμενοι, poſteriorem dumtaxat ſignificationem ponit, qua videlicet vtitur Hippocrates prorrh. L. I. ſtatim in principio: οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίε, τραχήλε ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρα φρενιτικοί εἰσιν; et epid. I. Οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον μάλιςα ἔτοι, καὶ πάλιν κωματώδεες. Ceterum κῶμα triplex facit Hippocrates βαθὺ, ὑπνῶδες, ἄγρυπνον. ST. V. Foeſ. p. 367.

f. Septimo de morb. vulg. p. 358. v. 9. de Phaniae et Euergetae filio: Contingit autem talibus etiam vomitus accedere, et ad finem convulſiones, et aliquos κλαγγώδεας clangoroſam vocem edere. Et v. 12. de Theodori filio: In febre vero denudatum eſt os, diſceſſit cutis, multum κλαγγώδης clangoroſus erat. Vt v. 16. de Exarmodi famulo: Et factus eſt κλαγγώδης clangoroſus. Primo prorrh. com. 1. t. 17. p. 409. v. 18. Ex vomitu faſtidioſo vox κλαγγώδης clangoſa. Et t. 19. p. ead. v. 21. Mentis

Οὐ γὰρ κατὰ τῶν ὀμμάτων εἴρηται Κλαγγὴ, ποιά τις οὖσα ἐκφώνησις, ὁποίαν μάλιστα ἐργάζεται ἔμετος ἀσσώδης. Ἔστι δὲ ἡ ἀρχομένη ἀπὸ βαρείας καὶ [1] λήγουσα εἰς ὀξὺ, ὥσπερ [2] ἀπαυδῶντος τινός. Βακχεῖος δὲ φησι κλαγγώδη εἶναι φωνὴν, τὴν [3] συνεχῆ καὶ [4] ἀδιάλειπτον. Ὁ δὲ [5] Κιττιεὺς Ἀπολλώνιος τὴν μετ' ἐγκοπῆς καὶ ἀνωμαλίας, ἔτι δὲ ἀσαφείας· ὁποία μάλιστα συμβαίνει τοῖς μεθύουσι.

g [6] Καρῶδες) καρηβαρία, ἢ καρωτικόν.

h [7] Κερχνώδη) οἱ δὲ Καρυκώδη καὶ [8] Κερκώδη γράφουσιν. Ἔστι δὲ τὰ τραχείας ἐπαναστάσεις ἔχοντα. Καὶ παρὰ

[1] *λίγουσα vulgg.* [2] *ἀπαυδόντος MS. D.* [3] *συνεχῶς MS. D.* [4] *ἀδιάληπτον MS. D.* [5] Κητιεὺς *MS. D.*

Mentis vacillationes cum voce *κλαγγώδη* clangoroſa. Et com. 2. t. 12. p. 410. v. 3. Vox acuta, *κλαγγώδης*, clangoroſa, malum. In cuius com. Galenus inquit: Nonnullos quidem *κλαγγώδης*, id eſt, clangoroſa, alios *κλαυθμώδης*, hoc eſt, querula, plorabundaque ſcribere. In coac. praenot. p. 426. v. 38. Voces *κλαγγώδεες* clangoroſae. Et p. 441. v. 37. Ex vomitibus anxietates, *κλαγγώδεα ὄμματα, ἐπίχνουν ἴσχοντα, μανικά*, id eſt, clangores, oculi concretionem lanuginoſam habentes, furioſa. Sic vertit Germanus interpres. Hinc, vt coniicio, Democritus Epicureus errandi occaſionem ſumſit, vt affectis oculis hanc vocem accommodaret. EUST. Reponi debet *κλαγγώδης*: ita enim legitur apud Hippocr. prorrh. l. *τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, μανικά*. Et paulo poſt, *αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει*. Item, *ὀξυφωνίη κλαγγώδης, πονηρόν*. Quin etiam Erotianus *κλαγγώδη φωνὴν* poſtea ſubiungit. Ille igitur Demetrius Epicureus connecteris *κλαγγώδη* cum *ὄμματα*, aut non legerat, aut ſe legiſſe non meminerat interiectum nomen *φωνή*: vel, quod mihi ſit veriſimilius, ex alio Hippocratis loco, *κλαγγώδεα ὄμματα* ſumſerat, nimirum hoc, *τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα ὄμματα, ἐπίχνουν ἴσχοντα, μανικά*. Habentur autem haec *ἐν κωακαῖς προγνώσεσι*. ST. Vide Foeſ. p. 339.

g. Primo prorrh. com. 2. t. 29. p. 410. v. 15. *τὸ καρῶδες*: Sopor num vbique malus. In cuius com. Galen. ait:

de oculis dictum eſt, cum κλαγγὴ ſit quaedam vocis eruptio, qualem moleſtus vomitus maxime efficit: incipit enim a graui, et deſinit in acutum, tamquam ſi aliquis voce deficeret. Bacchius vero inquit, κλαγγώδη eſſe vocem continuam, et indeſinentem. Appollonius autem Cittieus, interruptam et inaequalem, et praeterea obſcuram, qualis maxime accidit ebriis.

Καρώδες) caput aggrauans, vel capiti noxium.

Κεγχνώδεα) nonnulli vero ſcribunt καρυκώδεα, et κερκώδεα. Sunt autem aſperas eminentias habentia: et

 ab

[6] *καριβαρικὸν ἢ καρωτικόν Chart. καρηβαρίαι MS. D. καρηβαρίαν Foeſ.* [7] *κεγχρώδεα Foeſ.* [8] *κερκώδη, κερκώδεα Chart.*

ait: Ambiguitatem nobis mouere dictionem, quia ſignificatum ex voce *καρυ*, id eſt, ſoporis, non clare dictum ſit: deinde addit: Si vero morboſi cari, alia genere fuerit affectio, ſomnum profundum a caro diſcrepare afferemus, atque quod *καρῶδες*, id eſt, ſoporoſum ſit, vbique malum eſſe. Et com. 3. t. 11. p. 411. v. 21. Vterum gerentibus capitis dolores, *καρῶδεα* ſoporoſi, cum grauitate fientes, mali. Libro de vulner. cap. p. 448. v. 8. de modo inquirendi fracturas: Si vulneratus *καρῶδη* ſoporem altiorem inciderit. EUST. Hippocr. prorrhet. L. I. *τὸ καρῶδες ἄραγε πανταχοῦ κακόν.* ST. Vide Foeſ. p. 309.

h. Varia eſt huius vocis tum lectio, tum interpretatio, vt exempla, quae a me adducuntur, manifeſte oſtendunt. Libro de vſu humidorum p. 113. v. 44. de papulis rubicundis. Nam ſi haec poſterius fecerit, nequaquam amplius erumpunt. Alioqui quae ex frigore fiunt, aut quae exaſperantur, *κεγχρώδεα* inſtar milii, pro qua voce Aldinus codex habet *κερχνώδεα*, id eſt, vt vaſa Attica inaequalia. In ſecundo etiam de morbis vulgaribus, ſect. 3. p. 314. v. 37. *κεγχρώδεα* habetur, hoc eſt, aſpredines in cute miliaceae, vt Germanus interpres vertit. Caluus vero milio ſimiles. Sexto de morb. vulg. com. 6. t. 15. p. 348. v. 21. Quae irritantur ex qualibus, *τὰ κερχνώδεα* ſtridulae faucium aſperitates terminum praeſcribunt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus, faucium exaſperatio. Tertio de artic. t. 7. p. 484. v. 8. ipſique difficulter ſpirant, et *κερχνώδεες* ſtridulam faucium aſperitatem

παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς [1] Κερχνώδη ἀγγεῖα λέγεται, τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα. Ὡς καὶ Σοφοκλῆς περὶ τῆς ἀποταυρεμένης φησὶν, Ἰχθὺς τραχὺς ὢ χελώνης κέρχνος ἐξανίσαται.

[1] Κορδίνημα) γράφεται καὶ Σκορδίνημα. Καρηβαρίαν δὲ σημαίνει, [2] παρὰ τὸ [3] κάρα δινεῖσθαι. Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι.

Κόλλι-

[1] *κερχνῶδαι, ſupraſcripto η MS. D. κερχώδη mauult Foeſ.*

tem habent. Et t. 61. p. 488. v. 47. Eduliis pinguibus, et *κερχνωδέων* fauces exaſperantibus, ac fortibus omnibus, abſtinendum. Quem locum Galenus explicans, inquit: Eſculenta quae fauces exaſperando tuſſim mouent, *κερχνώδη* nuncupat. In exemplaribus autem magis idoneis, verbi *κερχνωδέων* ſecunda ſyllaba ſcribitur per *ν*, ducto vocabulo a milio, quod Iones *κέρχνον* appellant, id accidit, vbi in faucibus, aſpera quaedam milii modo exigua ſentiuntur. Quod autem in ſuperioribus dixit de iis, quibus circa pulmonem tubercula fiunt, diuturna, quae aegre ad maturitatem perueniunt, et ſpiritus redditur cum ſono, *κερχώδης* abſque *ν* ſcribitur, ducitur autem a verbo *κέρχειν*, quod ſonum notat, qui vel anguſtia loci, quo ſpiritus redditur, vel humoris multitudine accidit. Libro de vulner. cap. p. 450. v. 43. Et os tunc corrumpi incipit, et fit *περκνὸν* valde nigrum leue exiſtens. Sunt tamen, qui non *περκνὸν*, ſed *κερχνὸν* aſperum legunt. EUST. *Γράφεται, καρηβαρικὸν, ἢ καρωτικόν.* Quod autem ad *κερχνώδη* attinet, quoſdam *κερχώδη* ſcripſiſſe abſque *ν*, ex Galeno conſtat: ſed de illis duabus lectionibus *κερκώδη* et *καρυκώδη* nullam mentionem apud eum reperi. Ait autem *κερχνώδη* in accurate ſcriptis codicibus cum *ν* ſcribi, vtpote *ἀπὸ τῆς κέρχνε* deriuatum. Hoc autem nomine Iones *κέγχρον* appellare, *ὅταν αἴσθησις ἐν τῇ φάρυγγι τραχυτήτων γίγνεται μικρῶν ὥσπερ κέγχρων.* Certe apud Hippocratem *κερχνώδεα* quidem et *κερχνωδέων* inuenio cum *ν*, ſed tamen verbum *κέρχεται* alicubi ſine ipſa, vt alio dicetur loco. Ceterum haec vocis *κερχνώδη* expoſitio Erotiani *τὰ τραχείας ἐπαναστάσεις ἔχοντα*, fortaſſe poſſet huic Hippocratis loco conuenire, epidem. VI. *τὰ ἐρεθιζόμενα ἐξ οἴων τὰ κερχνώδεα*, aut huic, in libello de vſu humid. *ἐπεὶ*

ὁκόσα

ab Atticis κεϱχνώδη vaſa dicuntur, quae aſperas habent inaequalitates, quemadmodum Sophocles de Confidente inquit: Piſcis aſper, cui adnaſcitur κέϱχνος aſperitas teſtudinis.

Κοϱδίνημα) ſcribitur etiam σκοϱδίνημα. Significat autem καϱηβαϱίαν, id eſt, capitis grauitatem, eo quod τὸ καϱαδίνεσθαι, id eſt, caput in orbem vertatur, vt Ariſtophanes in Ἀχαϱνεῦσι.

[2] παρὰ τὸ τὸ κάρα MS. D. [3] καραδίνεσθαι coniunctim Euſt.

ὁκόσα γε ἐκ ψύχεος γίνεται, ἢ ὁκόσα τρηχύνεται, κερχνώδεα. Legitur apud eumdem in libro de articulis, ἀφροδισίων τε ἀπέχεσθαι, βρωμάτων τε λιπαρῶν καὶ κερχνωδέων, καὶ ἰσχυρῶν παντων, vbi annotat Galenus edulia κερχνώδη appellari ὅσα τραχύνοντα τὸν φάρυγγα, τραχεῖαν βῆχα κινεῖ. ST. Vide Foeſ. p. 334.

i. Galenus in Exeg. inquit: Σκορδινᾶσθαι eſt extendi, praecipue cum hiatu. Libro de ſuperfoetatione p. 49. v. 34. Si cui ab oppoſitis in vuluam non valde fortibus, dolores in articulos perueniant, et ſtridor dentium corripiat, et σκορδινέηται membris tendatur ac oſcitet, hanc magis concepiſſe ſpes eſt. Secundo de morb. vulg. ſect. 3. p. 314. v. 46. Et in quibus, et qualia ſigna, et plura aut pauciora fientia, oſcitatio, tuſſis, ſternutatio, σκορδίνημα, diſtentio cum oſcitatione, eructatio, flatus. Et libro ſexto com. 5. t. 4. p. 347. v. 21. Et in reliquo corpore, ſudores, pruritus, σκορδινιασμοὶ corporis diſtenſiones cum oſcitatione, et quaecumque huiuſmodi. EUST. Vide ſupra p. 184. not. d. Apud Hippocratem non κορδίνημα ſed σκορδίνημα inuenio, cum alibi, tum epid. II. χάσμη, βὴξ, πταρμος, σκορδίνημα, ἔρευξις, φῦσα. Item σκορδινιασμοὶ epid. VI. ἱδρῶτες, κνησμοὶ, σκορδινιασμοὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Sed et σκορδινέηται apud eumdem habetur in libello, qui περὶ ἐπικυήσιος inſcribitur, καὶ βρυγμὸς ἔχῃ, καὶ σκορδινέηται, καὶ χάσμαται. Itidem vero a Galeno in Exegeſi γλωσσῶν Hippocratis ponitur σκορδινᾶσθαι cum σ, et explicatur διατείνεσθαι καὶ μάλιϛα μετὰ χάσμης· vbi notandum eſt μετὰ χάσμης, quum tamen Hippocrates in loco proxime citato non contentus dixiſſe σκορδινέηται, addiderit καὶ χασμᾶται. Item in illo epidem.

k [1] Κόλλικες) ἀρτίσκων εἶδος, ὡς πλακούντων, ὧν καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι μέμνηται. Λέγων, ὦ χαῖρε [2] κολλιφάγε. [3] Τινὲς δὲ ἠτρία ἐνόμισαν.

l [4] Καρφαλέον) κατάξηρον.

Κενέ-

[1] *κόλλικας mauult Foeſ. κόλληκες Chart.* [2] *Vitioſa eſt haec lectio pro κολλικοφάγε. Foeſ. at quaedam vulgg. hanc lectionem habent et Euſt.*

dem. 2. vtrumque poſuerit, et χάσμην et σκορδίνημα. Sic tamen et Scholiaſtes Ariſtophanis σκορδινᾶσθαι exponit τὸ ἀνακλᾶσθαι μετὰ χάσμης. Tradit item de canibus vulgo dici e ſomno expergiſcentibus, ὅταν τὰ μέλη καὶ ὅλους αὐτοὺς διατείνωσι: vbi obſeruandum eſt verbum διατείνειν, propter διατείνεσθαι, quo vtitur Galenus in eiuſdem verbi explicatione, quam modo protuli. Eſt autem Ariſtophanis locus, in quem Scholiaſtes id annotat, in Acharnenſibus, p. 262. ad quam comoediam et nos remittit Erotianus: ibi enim ita loquitur Δικαιόπολις: Ἐγὼ δ' ἀεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν Νοστῶν κάθημαι. Κᾆτ' ἐπειδὰν ὦ μόνος Στένω, κέχηνα, σκορδινῶμαι, πέρδομαι, Ἀπορῶ, γράφω, παρατίλλομαι, λογίζομαι. S T. Foeſius quoque p. 574. egregie hoc vocabulum explicat.

k. Galen. in Exeg. dicit κόλλικας ſignificare rotulas, et paruos panes: et in Acharnanibus rotuliuora Boeote, de paruis panibus eſt pronunciatum. Libro de int. affect. p. 200. v. 10. de medicamento ad hydropem. Deinde κόλλικας paſtillos ſexaginta efformato. Secundo de morb. vulg. ſect. 6. p. 318. v. 41. de medicamento ad concipiendum: Κόλλικας paſtillos efformato, in pudendumque ſubdito. Eſt autem κόλλιξ ἢ κόλιξ ſpecies panis περιφερους, vt ait interpres Ariſtophanis, vnde κολλικοφάγος dicitur. Sunt et κόλλικες panes et κόλλαβοι dicti Athenaeo. In expoſitione Erotiani pro κολλιφάγε legendum eſt κολλικοφάγε. Ἠτρία ſi per η ſcribatur, non ſignificat id, quod Erotianus dicit, et ideo librarium erraſſe ſuſpicor, et primam ſyllabam per ι ſcribi debere. Ἰτρία enim, non ἠτρία placentae genus ſignificat, quod Galenus primo de ſemine c. 4. confirmare videtur, quum narrans qualiſnam fuerit genitura ſex dierum ab Hippocrate viſa, inquit: Membranam contrahit non ſecus, atque iſta, quae extra corpus a dulciariis piſtoribus conficiuntur. Supra inſtrumentum

Κόλλικες) ientaculorum ſpecies, inſtar placentarum, quarum meminit Ariſtophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι, quum ſic inquit: ſalue κολλικοφάγε. Nonnulli vero ἠτρία liba, ſeu placentam nominarunt.

Καρφαλέον) aridum.

Κενέ-

[3] *In MS. D. ſequitur τινὲς δὲ, et relinquitur ſpatium ſat grande, repetitur deinceps κολλιφάγε.* Τινὲς δὲ *etc.*
[4] *καρφαλίον MS. D.*

